


Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

CHR




CHRONOLOGICA RVM RERVM LIB. II.

In quibus plurima admiranda, ad res humanas, religionem cultumq; Dei, præsertim ad Ecclesiasticā historiā, pertinentia, quæ hactenus latuerunt, ita in lucem, non sine exacta Temporum serie, & supputatione à Creatione mundi, producuntur, ut non solum ad rerum cognitionē, sed etiam uitæ emendationem facere possint.

*Accesserunt præterea Epistolæ, uel potius Libri duo,
de Francorum rebus & origine.*

AU TORE IACOB O C VRIONE
HOFEMIANO.

Adiectus quoq; est Rerum uerborumq;
copiosissimus Index.



onatry Parisien 17.
catalogo Inscriptu
g. 87.

Cum gratia & priuilegio Cæsareæ maiestatis.

BASILEÆ, PER HEN-
RICHVM PETRI.

1557.

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO D. OTTONI HEINRICO,

Duci utriusq; Baioarie, Palatino, ac præfecto prætorio Rhei,
ni, Imperij Romani electori, & primario dapifero, clemen-
tissimo suo domino, Iac. Curio Hofemianus S.D.



Vum illustrissime princeps ac domine, patruus ille nuper tuus Fridericus Palatinus, qui in gerendo patriæ regno te antecessit, & heros idem fuit, in summorum principum ordine summus: multas reipublicæ partes sapientia & uirtute sua iuuerit & ornarit: haud ipse scio tamen, an inter tot illius præclarè facta & instituta aliud sit, quod maiores mereatur aestimationē & laudem, quam ubi in perpetuis his discordiarum turbis & dissipationibus cogitauit de inuenienda ratione & uia, qua litarū studia, non modò per Rhenanas ac Baioaricas prouincias uestras propagarentur, indeq; ad finitos dimanaret: sed & ex ipsa illorū tractatione & usu, profligarētur *πιστοποιία*, *φιλονικία*, *ερασχυλία*, aliaq; huius generis portenta, quæ iam olim præci- puas illas, & ad retinendā ecclesiastici ac ciuilis status incolumentem cōparatas, in Academijs profesiones intuaserunt. Vidit uir prudens, nisi *ἐντητούντων* morum in scholas postliminio reducatur, coniunctaq; doctrinarū studijs fuerit, redundare ex ihs in Rem publicam longè plus corruptionis & turbulentiarū, quam humanitatis & ornamentorum. Et fatebitur profecto quisq; in genuo, recteq; libero animo est, præstare nullas esse prorsus literas, quam esse quales multi ad senescentis & ad exitum tendentis iam mundi uesaniam & prauitatem alendam augendamq; consequantur. Quorsum enim attinet, magno sumptu & labore falsas imbibere opiniones: Ad quid confert discere, quæ animū non sinūt consurgere ad alta, quæ bonos ad ueram religionis sapientiam impetus remorantur & deprimunt: Quæ uitam, dico, cogunt totam consumere in cultibus à Diuinæ uoluntatis præscripto alienis? An existimauerit aliquis Christianum orbem fuisse habiturum deterius, si recentior illa intra trecentos proximē nata annos theologia, in ecclesia non dominaretur? Idem de altero studiorum genere, quod æquè ut theologicum regnat, inq;

Literæ haud
magnum in ui-
ta momentum
habent, si non
in comparāde
ueræ probita-
tis rationē pro-
ponuntur.

N V N C V P A T O R I A

pretio habetur, dicere propemodum possumus. Germanix nostræ status longè fuit tranquillior, ista dum nostri homines adhuc nescirent grandia iuridicarum alterationum uolumina, quām nunc idem ipse est inter tot farinæ huius sapientes. Quod nolim rapi hīc in calumiam mihi: iniquissimum id enim foret. Quum si quis alius, ipse in hac maxime sententia sim, ut existimē res iudicandas esse ex scripto iure, potius quām ex magistratum arbitrio. Ipsam legum rationem ueluti sanctam quandā prudenterissimorum hominum conspirationem, deoꝝ probatam ducimus. Querimur solūmodò tam esse in magno numero ubiqꝫ paucos, qui rectā ad hanc doctrinā tendunt, quiꝝ quod leges in uitæ & actionum usu postulant, factis ostendunt. Fines sibi plurimi peruersos & publicè noxios proponunt: à quibus si appellationem sortiri pro artificio deberent, nominandi essent τοφισταὶ, ἀλάζωρες, θλυροί, χρηματισταὶ, ἀπαίδευτοι: quod sub splendido titulo, nihil ferè profiteantur aliud, quām quandam τῆς ἀλαζώριας, θλυρότητος, ἀπαίδευσης, καὶ πάσης ἀπαίδευσίας ποίησιν. Laudatissimas artes uocat Plato pernicioſas calliditates, si quando extra uirtutem & uerum usum exercentur. Docti hominis decus ille constituit, non quemadmodum nunc solemus, in sola ingenij subtilitate & lingua gratia. Nec illos hodie πεγκτῆρες, in sua tulisset ciuitate, qui quum res palliare artificiose norint, contraꝝ etiam cōscientiam litigare & uincere, absoluti sibi uidentur, & prudentiæ attigisse apicem. Inuexit hæc doctrinæ huius (quæ una in populo conspi cuia est) αἰσχυνούντες & prophanatio, uilitatem & contemptum in reliqua omnia studia. Vulgus pro stupido suo sensuum iudicio, censet omnes literarias artes ex eodē fine, seu inutiles, seu malas: & sellularias ac statarias præfert liberalibus. In labefactationē & iacturam, nobilitatis animorum non herclè exiguā. Vera enim bona quis poterit aut expetere, aut possidere. Ea si non intelligentur, si & ex questu & corporis cultu hominem ducimus æstimandum: Animaduertit miseratusꝝ hanc doctrinarum fortunam casumꝝ est, tuus ille humanitatis laude illustrissimus patruus, quum tam mandaret diligenter, ut in collegio Sophiæ, quod nouū Edelbergæ ille erexit, παιδεῖα reuocetur in usum qualis fuit illa ueterum, rectæ à primis annis institutioni cōiungens naturæ & morū bonitatem φιλουμενιαꝝ & laborum toleratiā: significans proculdubio, multo opus cultū esse & doctos homines parum seruire posse publicæ saluti & paci, qui ex pri-

Collegium So-
phie.

mæ

E P I S T O L A .

mæ ætatis studijs, præceptis, hortatibus, & exemplis secum ad munerum suorum partes non adferunt humanitatē, moderatiōnem, uerecundiā, σωφροσύνη, pietatē, uirtutesq; alias, quibus reipublicæ morbi sanantur. Magnā quandam ταῦται hæc uim ad probitatem & ad publici status emendationem & rectitudinem habuit. Nec dubium eist, quin eadem & nunc in scholas, si paſſim recuperetur, mederi plurimis mundi uitij & pestibus efficaciter possit. Habet enim priscam integratē, quam & oculis subiicit, comitem. Et docent non obscurē omnibus seculis exempla, quantum ad morum retinendam in populo sanitatem conferat, si uersentur in gerendis ecclesiæ & fori negotijs, qui prius in accurata educatione, simul & in humanitatis studijs ingeniorum suorum roborationem sunt consequuti. Vsu rufus deprehendimus, quām illi ad disciplinæ & bonarum rerum omnium ruinam tanquam sint aut faces, aut stimuli, quorum prior uitæ pars consumpta tota eft in illiberalibus & fruolis actionibus, & altera illotis (quod dicitur) pedibus, irruit in aliquam uitæ utilem professionem. Evidem non video quó nam modō non graues & perniciosi reipublicæ & bonis moribus tales esse possint: cur quis etiam appellare uereatur eos prauitatis in mundo continuò pullulantis, tanquam semina aut stirpes, qui uitæ partem illam quæ ad recipiendum animi cultum idonea eft, turpiter amiserunt: & de certo studij sectando genere primum cogitant, quando alenda iam familia eft, & dura eos premit impellitq; necessitas. An potest animum habere à quæstus auiditate uacuum, & non æstuare habendi studios? An uirtutē niti & ueritatis trahi dulcedine, extraq; adeò noxam degere, qui animi robur fregit in studijs κενολογίας, ac postea per fortunæ ludum in aliquem dignitatis euæhitur gradum, aut ad agendas res asciscitur? Esto sanè ut aliae quoq; causæ sint, unde præsens ætas tantam in mores contrahat impuritatem & labem. Expérimus tamen deteriorem hinc indies euadere mundum, quia pauci ubiq; in rudibus statim annis, feliciter iaciunt fundamenta uirtutis, uitam instituūt pauci ad ingenuitatis ideam, quæ in bonis expressa literis eft. Crassum & ignobile uulgus, ἀττικὴ φέρει affectibus, supraq; opes nihil penè suspicit & admiratur. Cæteri qui in hominum puriore censemur gradu, quām non sint, quod dicuntur, secreti scilicet à sordidarum cararum contagione, ostendit satis, puto, euentus. Nati ex ingenuis, contenti ferè sunt sola na-

N V N C V P A T O R I A

tuitatis suæ ac fortunæ laude, pauci horum progrediuntur ul-
 trà, grauiꝝ aliqua gubernantur doctrina. Haud igitur mirum
 est, si tot simul in nostra hæc tempora confluant calamitates:
 Longè maxima hominum pars, stultis infecta opinionibus est,
 morbisꝝ animi laborat. In confessio autem sapientibus uiris est,
 magnam humanæ infelicitatis partem oriri ex animi uitj̄s. De
 quibus etsi omnis conquesta ætas est, uideri tamen possunt in-
 tra metas hæc tenus constitisse, quæ confertim nunc erumpunt,
 mundumꝝ inundant, quasi totum. Nec spes sereniorum tem-
 porum ulla datur, nisi magistratum passim cura & munificen-
 tia, iuuentuti inferatur docilitas earum rerum, quæ futuris sal-
 tem annis, tuendæ in terris dexteritati & iustitiæ inferuiunt.
 Prætermissum forsitan nihil hac in re superioribus seculis est. Sed
 ut prudenter constituta essent omnia, quid potest in tanta rerū
 & temporum uarietate, in tam inæquabili hominum tum iudi-
 cio, tum fortuna non degenerare, non ruere? Dissimulari certe
 non potest, orbatam ecclesiam esse possessione ueteris eruditio-
 nis, cōiectamꝝ propterea esse eam in densas tenebras, & inde
 in acerbum quoꝝ dolorem & luctum. Negari itidem non po-
 test, scholarum statum per multas iam ætates oppressum barba-
 rico fuisse imperio, nec probatam satis fuisse quoꝝ in his insti-
 tutionem: quam si in crimen nemo etiam uocaret, res ipsa loqui
 tur tamen Christianæ reipublicæ concordiam nulla re alia ma-
 gis esse labafactatā, quam ex illa in sacras & humanas literas im-
 portata fece, quam (dico) & ex fœdo cōspurcatoꝝ earundē abu-
 su. Nullum tale fuisse excitatum nunc incendium, nec res hoc
 miseriæ recidissent, si illi quibus partes communicandæ lucis
 doctrinarum delegatæ potissimum erant, sanitatem dogmatum
 conseruassent, & ecclesiarum Antistites si aluissent (imitatione
 quadam ueterū) numerosa piorum & rectis studijs deditorum
 hominum agmina, unde humanitas & religio in populum trā-
 fundi potuisset. At necesse fuit ita aduerso cuncta ferri cursu: nō
 enim potuit ignauia luxusꝝ & auaritia exitum habere alium,
 quam in ignominiam & pœnam, quam hæc tenus luimus, sœui-
 ente in supinitatem & ingratitudinem nostram Deo, ac suppli-
 cij lentitudinem pensante, ut ille inquit, cum grauitate. Faxit au-
 tem Deus, ut se nostra aliquando agnoscat natio, & uel tot ista
 malis, cogitare serio tādem incipiāt de imbecillitate & cæcitate
 humanarum mentiū, quæ nulla doctrina, nulla dei luce & agni-
 tione

E P I S T O L A.

tionē reguntur. Nouit qui nos condidit, quale sit figmentum homo: instituit propterea is doctrinæ suæ *λογονομίαν*, impetravit & bonas artes, non in aliud certe, quām ut ad ipsius erudiamur uoluntatem, quām (dico) ut caueamus nobis ab his qui uim & fucum ueritati inferūt, & morum pestes in uitæ negotijs alunt. Homo, infirma fabrica, in quam impurum spiritus multum possunt.

Atq; hoc cùm pauci pro eo ac postulat præsentium temporum neccesitas, secum expendant ipsi iure, te illustrissime Princeps, ut uirum diuinitus iam dudum de ueris uirtutum studijs meritum, omni officij genere colimus. Etenim unus propè ex his qui in aliqua sunt potentiae, & dignitatum positi amplitudine, considerare potes, quæ literatarum artium uis sit & utilitatum ex his magnitudo: quæ sit earundem ad ecclesiæ ædificationem ne cessitas: quanta rursus ex praua formandarum mentium ratione oriatur pernicies: quanta confusio. Spectata hinc & laudata à doctis uiris est egregia illa tua uoluntas, generosaq; solicitude & liberalitas, in tot præstantibus souendis ingenijs, quæ qui dem uisus es fauore complecti & humanitate, largissimaq; ope prouehere, ut tuæ illa celsitudinis sp̄itu tanquam animata illustrataq; lumine ueritatis fulgore, tā in humani iuris, quām in sacrarum & naturæ rerum cognitione perspiciant, proq; eo pugnant ualide aduersus Cyclopicam illam hodie in ueritatem impressionē, per eos quibus nihil sapit, quod ab illo discrepat gusto, quo primum male sunt imbuti. Equidem sanctissimū puto officium esse, & Princeps maximè proprium, dare operam, ut sana sint hominum studia, ut scholæ in his potissimum seditionū procellis, quibus omnia feruent, malis artibus, mendacij & calumnijs, gignant non colubros & bupalos ignauosq; ad aluearia fucos: sed plurimos ubiq; pariant liberaliter eruditos, uerbo Dei instructos, uitaq; pios, qui recta possunt uia secum repudare quid requirant tempestates illæ hactenus insedabiles, ut mitescant, ut quæ & inde mala præsentibus his multo horribilia, ceruicibus nostris impendent, auertantur. Quæ tentata sunt iam sæpe in conuentibus, malum exacerbarunt. Inferorum portæ per uerum mundi contemptum & scripturæ intellectum & amorem, & iudicij actionumq; dexteritatem expugnantur. A sophisticis & frigidis istis disputationibus, benè adhuc in tuto manebunt diu. Quo magis ipsi tuam hanc illustrissime & optimæ Princeps, probamus, magniç ducimus sententiā, quam (sermo quum forte incidisset de illo miseré turbato in Ecclesia

N V N C V P A T O R I A

ordine, & debilitata ecclesiasticorum autoritate, & supplantata disciplina) pronunciasse, te quispiam ex intimis tuis aliquando nobis narrauit, remedij scilicet h̄sdem reduci humanas res in tolerabiliorem statum oportere, quibus maiores nostri, suis quicq; temporibus, labenti atq; inclinatae reipublicae opem feren dam iudicarunt. Nec mederi quenquam malis posse, qui fontes unde ista scatent, nō expurgat. Opinor autē celsitudinem tuam significare his uerbis uoluisse, præscindendas esse omnes huius dissolutionis causas: nec spem dari, ut suum quisq; siue in foro, siue in ecclesia munus ritē atq; ordine obeat: nisi qui sedent ad gubernandū clauū, in id spectent intenti, ut ecclesiastica politia decoretur, muniaturq; talibus nūc studiorum ornamenti & præsidijs, qualibus munita ornataq; fuit ecclesia ante Gothica tempora. Notæ sunt causæ quæ hunc nobis contemptum, hanc dīlacerationē pepererunt. Puto, si in frequentibus omnibus ecclesiis & academijs delecti cœtus essent, qui se totos inquisitioni scripturarum traderent, uitæq; integritate & charitatis exercitijs, tantas amandi sui causas populo præberent, quantas pleriq; nunc præbent sui persequendi, statim aliquem tranquillitatis affulsurum esse radium. Fieri enim non potest, quin ubi ita synceris & communibus studijs res ageretur, Deus cor nouum insiturus illis esset, qui doctrinam nunc nolunt repurgari, & illam iam inueteratam superstitionum intellectuum consuetudinem, generalem ecclesiæ consensum audacissimè appellant. Videmus, & certò scimus, ponit nullum posse Christianæ concordiae fundamentum, antequām religionis doctrina natuæ suæ puritati restituta fuerit. Experti aliquoties iam sumus armis si pax quæratur, quanto remediū morbo ipso sit nocentius. Arbitrarer autem ad confessionem & pacem facere, si in omnibus ecclesijs & scholis multa uerorum studiorum semina etumperent, & in stirpes ac radices exirent. Qui anxiè metuunt, & quocunq; possunt modo cauent, ne homines sapiant, literasq; malent abolitas in uniuersum, *λιθαληγάνω εύλιθαλος ξεστός*, à quorum uecordia decet nos abhorrere. Literas enim quisq; odit, earum quoq; odit filias, quod est humanitatē, Reipublicæ amorem, pacem uirtutesq; alias. Factiones si isti in sacrorum religione & ciuili statu timent, inspiciant in adolescentiæ studia exemplo Gregorij Magni, quem nihil etiam puduit docere in ludis. Curent ut iuuentus antequāma ad ecclesiæ & fori curanda negotia adhibeatur

EPISTOLA.

beatur, multum studij posuerit in certitudinum disciplinis, inq; alijs philosophiae pulchra methodo traditis artibus. Vetent & explodant quæ rixari docent, & plausus captare præstigis disputationum. Discentes hortentur deniq; ut cogitent, uereq; statuāt, in literarum bonitate educari se, ut gloriam Dei præcipue ornent, & hominum salutem ac concordiam conseruent. Ad quem maximè scopum, video ego celsitudinem tuam in restauranda iam academiæ tuæ forma spectare, consiliaq; & curas huc referri audio tuas, ut ~~audi~~ per omnes scholæ ordines, non iudicia tantum formet, sed & bonas pariat mentes, distortaque effica citer mutet, corrigatq; ingenia. Quo quidem tuo longè pulcher rimo conatu in spem & uota erigis, quotquot probitatis & literarum sunt amantes. Nam quod in hac iam temporum licentia ac contentionū feruore rectæ rationis gnomoni respondentem institutionem tantopere urges, causam proculdubio agis studiosorum omnium, qui literarum pretium norunt, uirtutuq; & honestarum actionum intellectum habent. Pro quo in Musas, inq; adeò publicam utilitatem beneficio tuo, magna meritò debetur tibi gratia & gloria. Et spes est breui ex illis tuis ingeni orum plantarijs orituros esse multos, qui gratiam prolixè tibi & referant, & benefactorum tuorum in omnem posteritatem reponant memoriam. Hoc ego tempore scriptū hīc quoddam ex popularis materiæ genere, quod ab Aristotelicis θεωρίαις dici consuevit, celsitudini tuæ offero, & dedico, tantisper dum gratiore aliquo obsequio animi mei erga celsitudinem tuam, studium & obseruantiam declarare potero. Celsitudo tua digneatur donantis clementer aestimare, & suscipere in tenui hoc munere animum. Dabo, si possum, operā, ut quæ his accessura sunt, lectoris desiderium expleant aliquanto plenius. Interim oro, ut ueniæ & fauoris mihi patere apud te locum sinas. Cui opto, ut in tanta hac negotiorum uarietate & pondere Deus adsit dexter, tuamq; & ualetudinem & consilia gubernet ad publicam Germaniæ nostræ salutem, & ad immortalē nominis tui laudē, super quam celsitudinis tuæ optatam à nobis salutem, par est, ut qui ueritatis incensi studio, sophisticen insectantur: amen omnes dicant. Edelbergæ, anno M. D. L V I. die sancti Lucæ, quo eodem annos ante centum & septuaginta, literaria tua.
hæc, progenitorum tuorum auspicijs aca-
demia primū cœpit,

In exoterica,
aditus cuius li-
terato patet à
nepo uara, cuius
modi in primis
Mathematica
sunt, præcepto
rem requirunt.

P R A E F A T I O.



D nouū hoc texendum, scholisq; nostris inferendū Chronologicon, nescio qua tanquā tempestate præter uolutatem deferar. Obtrusserat ecclesiæ fastorum conscribendam materiam, meus ille mihi familiaris Gaspar Dyrobacchus, uir perquā eruditus, & præcipuæ cuiusdam in Franconibus claritatis & peritiæ medicus. Dum adulescentem fortè ille quendā castigaret signarum rerum, quas in Christianorū scholis nescire propemodum turpe est, dictum hoc Senecæ ibi usurpans: Necessaria ignoramus, quia non necessariæ discimus. Nec uero ipse cū essem docendi munere nostro aliqua ex parte liberatus, quod negotij amicus dederat tractandum, grauatim suscepit: arbitratus fastos expromere in iuuentutis usum, rem leuioris operæ esse, quām postea tamen comperi. Nam ubi de inueniendo principio cogitarem, uidi primū in quantam se argumentum hoc extendat amplitudinem: in quot & locos excurrat. Moles ergo cū uide retur longè maior esse, quā ut sustineri à me hoc præsertim tempore posset, de ea partem sumpsī mihi explanandam: dissimilatis multis illis, quæ de fastis in ecclesiæ consuetudinē, quocunq; modo inuectis, passim produntur. Libuit autem, de temporum ratione cū sit dicendum, ordinem horum à primo mundi auspicio repetere: idq; in duobus his separatim libris; ut iuuētutem nostram, hoc saltem ad susceptæ rei tractationem, accessu deducerem in cogitationem illam hīc de consilio Dei, quo solis, lunæ & teliuorum in cœlo syderum: ita ille cursus instituit, ut temporum ostēdant nobis discrimina, circuitus, metas & uices. Perspicuum est quod scribit Moses, cōdita illa esse κατ' ἐμφασιν dicta lūminaria, ut tempora regant, eaq; discernant in dies, noctes, menses, & annos. Quibus uerbis, si exprimitur causa, & temporum ratio, tam habet illustres, tam & necessarias utilitates: non obscurum erit, quid à nobis Deus ibi requirat. Quia igitur abscq; cœlestium cursuum aspectione, nec anni, nec partiū eius ullam rectam tenemus descriptionem: magna cura tradi & propagari in omnem posteritatē doctrina de cœli motibus debet. Nam quæ gentes tempora unquam supputarunt, nulla notiæ huius ratione habita, non tantū ignorarunt, solem reuolubilis

*Que sit huius
hic instituta
tractationis ra-
tio.*

*Ex astrorum
cursu uis est in
omnē hanc re-
rum naturam,
unde temporū
mutationes &
ordines & ui-
ces.*

P R A E F A T I O .

Subilis æui mensorem esse, sed & cogitationibus se ~~w̄p̄osw~~ ~~neḡ~~ ^{Supputationis} uertentes, nihilo plus de rerum initij, de gene-
~~ōpiasw~~ ^{temporū igno-}
rationum fine, deq̄z mirabilium mutationum in
mundo interuallis, scire, quām pecu-
des potuerunt.

F I N I S .

S C A P I T A Q V Ä D A M
PRIMI LIBRI.

- P**Artium temporis præcipuæ appellations, ex Solis & Lunæ cursu sumptæ. Pagina 1
Vnde annuæ numerationis capiendum exordium sit. pagina 5
Anni & mundi initium ex uerno æquinoctio. pagina 6
Anorum à mundi origine deducenda supputatio. pagina 8
Quo seculis templum Solomonum incolume perstiterit. pagina 17
Babylonicæ captiuitatis anni quando incœperint, quando sint & terminati. pagina 22
Anni à soluta captiuitate Babylonica, ad consummatam noui templi structuram, quadraginta sex. pagina 24
Durationis secundi templi suspecta apud Rabinos supputatio. pagina 26
Sanctum sanctorum demissum in carnis infirmitatem memorato tempore esse, possunt monstrare etiam Danielis hebdomadæ. pagina 42
Anacephalæosis memorata Iudæorum supputationis. pag. 44

“ LIBER SECUNDVS, CAPIT

- T**emporum à nato Christo ad ætatem usque nostram deductam rationem. pagina 48

PARTIVM TEM.

PORIS PRÆCIPVÆ APPELLATIONES EX SOLIS ET LVNÆ CURSVS SVMPTAE.



ONDITA astra non ad quietem, sed ad motum sunt. Motuum successiones & periodi mensurantur tempore, & tempus uicissim ab ipsis notatur motibus. Mutuas itaq; inter se operas dant motus & tempus. Sol, quotidiana sua reuolutio-
ne metitur diem, quē νυχθμερον cum Græ-
cis dicimus. Idem rursus temporis diur-
ni & nocturni spatium, solis numerat &
metitur motum, eum scilicet, quem cūm ex seipso, tum ex mobilis
primi rapiditate potissimum ille mistum habet. Dies hīcluce &
tenebris distinguitur, & quidem bis duntaxat in anno æqualiter,
reliquo toto tempore apud omnes omnium terrarū & insularum
populos, qui ultra citraq; æquatorem degunt inæqualiter. Con-
suetudo autem diem uocat tempus, quod à sole, dum supra hori-
zontem currit, describitur: partem alterā, qua sol se extra nostrum
conspectum subducit, noctem. Vtraque pars integrum comple-
tens diem secatur in horas. Cæterum apud plurimas nunc gentes
multò aliter quām antiquis sæculis. Postquam enim inuenta ho-
rologica αὐτοματæ illa sunt, quæ dentatis suis rotulis & pondere no-
ctem & diem, in perpetuō constantem, & æqualem partium men-
suram discriminant, desierunt in maxima Europæ saltem parte ab
usu λαρηγοῦ aut temporales illæ ueterū horæ, quibus singulæ tum
breues, tum longæ dies & noctes, tāquam in duodecim uncias di-
rimuntur. Et arreptæ pro his à populis sunt ἵσιμέρνων nostris ap-
pellatae æquidiales, quod singulæ æquatoris quindeng partes, mo-
tu & emersu suo, singulas & quidem semper inter se pares illas gi-
gnant. Nocturna in cœlo fax Luna, ut quidem in tenebrarū reme-
diū condita nobis est, ita & uarijs suis in incremento & decre-
mento formis, de tempore multum nos admonet. Estq; mensium
non aliunde quām ex huius in signifero circuitu, petenda ratio.
Quia autem cœlū omne, terrasq; omnes perlustrat diebus non am-
plius uigintiseptem, horis septem, scrupulis horarum quadraginta
tribus, & secundis septem, mensem æuali hoc cursus sui itinere

Vbi motus est,
ibi tempus &
numeris quo-
que est: ante
ergo ædificati
mundum nul-
lum fuit tempus.

Mensium cir-
cuitus, lunari
cōuersione ab
soluitur.

A

nobis conficit, quem periodicum appellamus. Hunc biduo & horis haud multò supra quinqꝫ superat Synodicus, appellationem su mens à coniunctione quam luna cum sole facit. Estqꝫ mensis hic, tempus à nouilunio alio in aliud, aut à proximo in proximum fluens, quòd æquabili motus mensura metitur Luna diebus semper uigintinouem, horis duodecim, scrupulis quadraginta quatuor, secundis tribus. Præter duas has mensium commemoratas species, est in obseruatione lunaris quoqꝫ tertia, cuius initium statuitur, non quando luna soli congridetur, sed quando contingit nouam lunam à sole iam accensam & digressam, primùm in cœlo conspici. Finitur ubi luna in extrema ætate sua lumen amittit, & primū

Mysterio non euanescit. Iudæi suas in his mensium initijs celebrant neomenias, caret, cur Hebrei interlunia habuerint sacra: namquo luna, id est rationis nostræ lumen accedit proprius ad solē qui est Christus, hoc plus de fulgore suo amittit.

Et multæ sunt gentes, quæ ex antiquissima hac obseruandi aspectus cōsuetudine menses numerāt. Nec puto, Cæsar qui lunæ curricula ad solis iter accommodauit, à uetusta hac innouationis lunaris notatione discessisset, si æquali semper interuallo, statuqꝫ die luna noua emerget & uetus conderetur. Est enim obseruatio hæc maximè syderis huius naturæ consentanea. Verùm quia animaduertit initia illa in magna esse uarietate, & accidere interdū, ut uno eodemqꝫ die luna simul uetus & noua conspiciatur, & prodire fæpe eam die à coniunctione uix tertio, aut quarto, maluit folares & ciuiles constituere menses, quām dare hac in parte ansam futuræ temporum cōturbationi. Nec Iudæi recte hoc apparitionis & euanescentiae lunaris tempus hodie obseruant, ut qui Astronomiæ possessionem cum regno iam olim amiserunt, sine accurata cœlestrium motuum cognitione, momenta hæc nemo prænunciauerit. Nemo causas dixerit, quando emergere unoquoqꝫ mense lunam initium erat, & maturius, quādo tardius oporteat. Ridiculum igitur est, mensem illuminationis hunc uiginti octo semper diebus definire. Iam ut luna mouetur ad numeros, quos menstruis spatij metimur, ita nihil dubium est, solis circuitui respondere annū. Neqꝫ enim si mensum mensura & norma luna est, solis cursus quem contra quotidiam mūdi reuolutionem, in signifero proprium ille habet, non anni temporis mensura erit. Tempus hoc igitur, quo sol totum semel peragrat zodiacum terræqꝫ globū, suo illo ad puncta tropica accessu & recessu integrè collustrat & fœundat, annum recte dicimus. Nec posse anni ueriorem aliam esse rationem natura admittit. Et quid sibi uult aliud innumerabilis illa intercalationū diuersitas, quam antiquis seculis gentes toties & instituerunt & mutarunt, quām ut suum quæqꝫ annum solari isti cōcordarent? Graci fixerunt

Arietinorum cornuum sonitu et clangore indicabatur Hebreis, ex cōspectu nova luna, anni initium erat, & significabant cornibus prima prodeuntis lunæ menta.

seruatores, qui singulis mensibus significabant cornibus primâ prodeuntis lunæ menta. Tempus hoc igitur, quo sol totum semel peragrat zodiacum terræqꝫ globū, suo illo ad puncta tropica accessu & recessu integrè collustrat & fœundat, annum recte dicimus. Nec posse anni ueriorem aliam esse rationem natura admittit. Et quid sibi uult aliud innumerabilis illa intercalationū diuersitas, quam antiquis seculis gentes toties & instituerunt & mutarunt, quām ut suum quæqꝫ annum solari isti cōcordarent? Graci fixerunt

fixerunt anni metam luna, ubi iam duodecies signiferum peruagata & cum sole congressa esset. Cæterum non ignari hunc mensium numerum à uera anni magnitudine deficere, Epactas quotānis in supplendi tredecimi menſis uſum annotarunt. Et quo minus in intercalatione errarent, olympicum illud suum toto terrarum orbe decantatissimum certamen, quarto quoq; anno celebrarūt, ac sub finem cuiusque olympiadis, collectum ex quatuor quadrantibus diem, mensi prius intercalato adiecerunt. Idq; h̄c potissimum speclarunt, ut diei illius adjiciendi memoria, cùm tam glorioſis agonibus, in omnem ſimul propagaretur posteritatem. Duodecies fit luna (uti uideamus) noua & plena, tempore quo ſol peragrat signi fero, in locum unde exiit reuertitur, hinc nihil mirum eſt tam multas in orbe nationes, annum amplexas eſſe lunarem, qui quidem duodecim mensū circuitu, uel (quod idem eſt) trecentis quinquaginta quatuor diebus deſcribitur. Arrisit populis haud dubie ſectionis & equalitas, & numerus ibi duodenarius, quo exiſti marunt ſolis uiam in Δωδεκαήγορα, à natura ipſa eſſe diſcretā, atq; inde in duodecim menses annum: ac dierum noctiumq; ſpacia, in horas temporales duodecim. Sed ut omnis hæc in duodecim partes diſcretio, cauſas in natura aliquas fortalſe habet, ita non conſequens statim eſt, lunam anni ducem eſſe, & mundi tempora conputari Lunaribus annis debere. Id enim ſi eſſet, fruſtra gentes annos ſuos, quos aliiſe alios ſecutae ſunt, per intercalationem ad ſolares redigifent. De uetuſtissimis Germanis nihil certi hæc in parte habemus. At uox Iara, quæ Hebræis lunam, nobis annū ſonat, teſtis eſſe po-
tēt, annum fuſſe ab iplis relatum ad lunę rationem. Hebræi, quod facra ostendit historia, annum habuerunt lunarem, quem conſtat ad ſolis curſum ab eis per adiectitios undecim dies eſſe conuerſum. Et Iudaicos fastos adhuc ſi in ſpiciamus ἐμβόλια in hiſ mensim con-
perimus, Iudeosq; adeò iplos, tertio quoq; anno, in mensim ſuo-
rum percenſione dicere, odar ueodar mensem, qui noſtro pene re-
ſpondet Februario geminantes. Festa in lege ita luminaribus
Deus alligauit, ut omnino neceſſe patribus fuerit curſus eorūdem
in celo perdiſcere, & obſeruare. Qui uero ad horum attentus cur-
ſus eſt, facile uidet lunam duodecim ſuis reuolutionibus, ſolem ad-
ſequi in ſignifero nō posſe, ac exæquationem fieri oportere, ut ani-
ni lunares tranſeant in ſolares, quos demum eſſe naturales & ue-
ros non obscure iudicare potest uel ſola gnomonis umbra, ea præ-
fertim quæ iacit in contractiſima, ſol dum & proximus noſtris eſt
uerticibus, & in ſummo meridiani fastigio. Hæc enim non prius in

Dux tempo-
rum Sol.

בְּדִירָה

Paschatis Pen-
tecostes et ta-
bernaculorum
ſtate ſolennita-
tes ex curſu
lunæ.

illis ipsis definit notis, quam Sol, toto decurso suo itinere maximā iterum habebit in círculo meridiei altitudinem. Confirmat hanc eandem de Solari anno sententia Berosus Chaldaeus, qui isto prorsus, quo diximus, modo temporū partitionem refert ad Noham.

Mensium anni descriptio à Deo tradita.

Et sanè mirum est, dubitare cum de usitato patribus anno posse, qui Mosi de Noha scribēti, fidem nō derogat. Disertè ait Moses, Noham anno ætatis suæ sexcentesimo, die secundi mensis decimo septimo arcum intrasse, & egressum eam esse anno sexcentesimo primo, die uicesimo septimo, mensis iterum secundi. Profectò non obscurum esse potest, quot dies anno hīc Moses tribuerit. Exeat Sol die decimo septimo mēsis יניא feraturque duodecim mensibus per immensa cœli spacia, ad metam unde cœpit, nō reuertetur ante uicesimū septimum diem memorati iam mensis lair. Quare numerus cùm dies det ab ingressu ad ingressum trecentos sexaginta quinque, quibus in aquis iactatus ^aNohas fuit, & totidē dies Solarē annum cōmunem saltem aut ciuilem constituāt. Sceleratē faciūt, qui ut incertū uideatur quātus primi seculi patribus annus fuerit, multis barbaricarum gentium de anni mensuratione cōfusissimas absurditates cōportant: quasi cùm aut uetustiores ^bRomani annum terminarint in decimo quoque Lunæ Senio, & Arcades aut Cares in tertio uel sexto, ad describendum ^cannū Sol conditus non erit.

a. Nohas decē diebus tardius exiit quam ingressus arcum est, ut Lunaris annus ad Solaris rationem congruat.

b. Romaniae astronomie iugnari.

c. Moses numerat annos, quales conficit solis conuersio.

d. Temporum supputatio pēdet ex astronoma.

Quid impedire alios debet, quod *τερπι τοῦ χρονοῦ* dignum nihil statuāt, qui de Solis tum motu, tum gubernatione compertū nihil habent: Nobis annus cum Sole currit, qui nō recte etiā *επαντίς*, quod est ^d tempus in sua se uoluēs uestigia, diceretur, si à tergo Sol illum relinqueret. Estas trāsit in autumnū, non redit in se, sic non hyēs in se, nō uer. Circulum siquidē in anno, ut in Solis motu esse oportet. Continet autē Circulus annuus dies trecentos sexaginta quinque & horas quinque, quibus iam decursis, que Sol ad metā properans scrupula horis insuper apponit, deprehēsa sunt alijs ætatis alia. Causas anomaliae & inæqualitatis, qui accuratus esse uult, à doctrinæ Astronomicæ artificibus petat. Alfonsini quinque horis adiecerunt scrupula quadraginta nouem, secunda sedecim.

His uero temporibus Copernici calculum si sequimur, accedunt quinque horis, scrupula quinquaginta quinque, ut uertēs annus sit dirum trecentorū sexaginta quinque, horarum quinque, scrupulorum quinquaginta quinque.

Vnde

*Vnde annuae numerationis capendum
exordium sit.*

LE certa anni ratione, cùm iam dictum sit, non pretereundū otiosē nobis eius erit initium. At magna hīc rursum conspicitur uarietas, quæ tota ferè ex religionum dissimilitudine orta est. Patriarchæ (quod ex duodecimo Exodi capite aestimari potest) anni collocarunt initium, immensem uernali æquinoctio proximum, quod est in illud temporis momentum, quo nouam in cœlo lunam, primū ab æquinoctio conspexerunt. Nec aliud illustrius, quod & naturæ magis consentaneum est, cōstitui in anno circuitu, principium potest. Et uidetur idcirco ludaica posteritas, quæ hoc transtulit initium, ad nouatā lunam æquinoctij autunalis, quasuis sequi potius hac in parte gentes, quam primos patres נָשָׁת שָׂרֵךְ יַעֲמֹד inquiunt, caput anni in Septembri est. Diceret rectius נָשָׁת שָׂרֵךְ יַעֲמֹד Caput anni in Martio est. Sed si nusquam aliás à patrum deflexissent uestigij, cōdonabilis hic error esset: siquidem principium hoc longo sacerdotiorum usu confirmatum habent. Et thischri ante menses alios, festa habet יַעֲמֹד plena laudum, dignitatis, & splendoris. Quæ uero ex gentibus annum non ab aliqua quatuor temporum conuersione ordiuntur, principium huius sumunt à raro & memorabili quodam facto. Sic Ecclesia, quam nos sequi utiq̄ decet, annum inchoat die uicesimo quinto Decembris, quod nocte eius media, natus sit in mundū, liberator filius Dei. Pontifices quidā, ut inter cæteros Romanus & Treuïrens̄, anni exordium etiam faciūt à uerbi diuini incarnatione, quę cùm temporū aduenisset plenitudo, in ueris æquinoctiū inciderat. Hoc in uere initium, pulchrè conueniret Ecclesiæ, sed popularis hīc præualet uincitq̄ cōsuetudo, qua, et si Christiani natam Christi diē anni caput statuimus, indeq̄ numeramus, uetusto Romanorum tamen more lætis inuicem precationibus noui anni ingressum primo Ianuarij die omināmur, quod quidem ipsum fit, quia illud Christianorum recentius initium est, Romanorum antiquius, & alterum ab altero horis distat non pluribus quam centū & sexaginta octo, quod est diebus septē, incipiente utroq̄ à media nocte. Annū Numa orsus est à solstitio hyberno, cuius Cæsar postea principiū in calendas fixit Ianuarias, cùm quidem id antehac s̄æpe fuisset mutatū. Tricesimo primo mensis Decembris, meridie, sexto uidelicet die, & duodecima hora post principium anni, Ecclesiæ incipiūt desinuntq̄ annum. In motū tabulis Astronomi, quod obiter his adiūcio, ut fiat ad uaria initia adulescentes attenti,

*Anni ciuiliis
initium indica-
tur Edelberg &
media nocte
quotānis ē Pa-
latinorū prin-
cipiū regia cū
tubarū & tym-
panæ musicif-
simo sonitus*

Neq; enim in historiarum lectione anni Romani & Attici ex eodem initio pariter currunt. Olympiadum anni à solsticio procedūt aestiuo, & non brumali.

Anni & mundi initium ex uerno.

æquinoctio.



Ifractite iufi
sunt celebrare
Pascha, id est,
in memoriam
reuecare ma-
iorum suorum
pericula & ser-
uitutes, et solu-
te captiuitatis
beneficia. Ma-
ducatio agni,
representabat
ueran redem-
ptionem, uicti
man, & san-
cti populi co-
munionem.

I nullis alijs colligi posset argumentis fulsisse initio in-
ariete solem, quo lux à tenebris fuit in nitidissimā cla-
ritatem separata, sola Paschatis prima institutio com-
probare abundē id nobis potest. Decimaquarta luna
mensis primi, mandata diuinitus solennis hæc, in memoriam libe-
rationis à seruitute, & morte peccati, festiuitas est. Nemo uero uel
nescit uel negat, Pascha, seu nostrum, seu Iudaicū, statim à uerno
æquinoctio esse celebrandum. Nec obstat hīc, uel Christianos uel
Iudeos, suā festo huic sedem non custodijssse. Paschalis mensis sem-
per uel cum æquinoctio uerno incipit, uel non saltem longè æqui-
noctium sequitur. Moses hunc primum inter menses numerauit,
nec dubium est, quin & eūdem Nohas, & ante diluvium patres, pri-
mū dixerint, & in eo, temporū omnium principiū, & cardinem
& radicem statuerint. Sunt ex præstatoriibus rabinis nonnulli, qui
planè idem de temporum mundi capite sentiunt: quos cum Iudaï-
ca fex nō improbet, inuenit illa tamen semper aliquid quod cauile-
tur. Quid enim hoc non friuolum est: Natalis mundi dies tribui
debet Septembri, quia hoc anni tempore fructus terræ maturu-
erunt, & cuncta Dei opera oportuit à creatione statim esse perfe-
cta. Quasi primi parētes nostri, non potuerint Martio mense con-
diti, in statu ætatis perfecto esse, & ad generationem apti, & frugi-
bus ac pomis nondum uidelicet maturatis, alimenta habere. Sum-
ma est: Principatum dant Septembri, ut à nobis dissentiant. Si ob-
ijcis, Solem compositis primū ac ordine distributis mundi parti-
bus, ex medio mundi cardine cursum inchoasse suum, quid tum
postea: inquiunt. An nō tam facile Soli currere fuit in Austrū & in
Capricorno, quam in Cācro limitem prius figere? Ego uero ut po-
tuisse id fieri haud negē, ita multò uerissimilius duco primos homi-
nes, uer & æstatem, pro ratione cœli prius habuisse, quam autum-
num & hyemen, quando præcipue ex diuina historia constare po-
test, illos esse & cōditos & positos in terras, quæ à Nilo, Euphrate,
Tigri & Gange rigātur: quos amnes, nemo, nisi geographicæ im-
peritus nescit in qua orbis parte, quo'ue in latere decurrant. Nec
quod paradysum diciamus, potuit non amplissimus pariter & fer-
tilissimus ad sedem humanæ propagationi, siue potius innocen-
tiæ paratus

tūe paratus esse tractus. Nisi fortē ante diluuiū quatuor huius flūmina ex uno quodam fonte prosilierint, circa quem deliciissima illa fuit amoenitas, quod ex Mosis narratione neutiquā tamen est probabile. Sunt quī totam terrā, ante præuaricationē, deliciarū hortum suisse existiment, quod in præsentia nō excutimus. Iudæis creditū est Adamum, cum Heua sepultū in Hebro esse, loco haud procul à Damasco. Ratiocinantur de initio hoc, ex theologis nostris, quidam satis etiā probabiliter: Die, dicunt, quo genus humānum cōditum in Adamo est, eodem anniuersario fracta est Aegyptij Pharaonis, liberato Israële, potentia: & post reuoluta inde aliquot secula, uerbum Dei, in uirginis utero est ex spiritu sancto cōceptum: & ipso eodem recurso die, pro peccatis nostris depensa in cruce poena est, uiaq; in cœlū nobis patefacta. Cœperat, canit Seduli, post tristia sabbata, felix Irradiare dies, culmen qui nominis alti A domino domināte trahit, primusq; uideri Promeruit, nasci mundum atq; resurgere Christum. Quod etsi tanquam opinabile à nobis hīc adducitur, nemo facile tamen contrariam sententiam probabit evidentius, cùm præsertim cœli status, quo arietem sol ingreditur, uires habeat ita pollentes, ut eum astrologi ad præuidenda anni fata, cæteris omnibus solis in signa ingressibus antefrant. Petere his futurorum in anno gnomonem, siue(ut uocat) horoscopon, solent ex figura quæ ad æquinoctij uerni momentum constituitur: aut attingere id si se posse desperant, ad proximam lunationem, siue illam antecedentem, siue sequentem, nouam, uel plenam. Quæ ad mundi genituram descripta circumferuntur themata, ut quidem liberè de his, & absque omni sententiæ captiuitate opinare cuiuis liceat, ita putandum non tamen est, illa à parum peritis & exercitatis in astrorum disciplina, esse nobis in explicandarum reuersionum mundi exemplum & usum proposita. Extat de his unum in Iulij Materni fragmētis, quod passim notum est. Excogitatum item unum à Chaldæis est, in quo sol intrat arietem. Et aliud adhuc confictum etiam uidemus, quod dolum collocatum habet in decimanona arietis parte. Cæterorum syderum referre situs necesse hīc non est, cùm quidem agamus solum nunc de mundi radice, quam figi in mensem Martium, euentus multipliciter commonstra-

uit.

*Annorum à mundi origine deducenda
Supputatio.*



Voniam ingessit se nobis de temporum radice mentio, succurrit, ut non nihil de eorundem inde uel ducta, uel ducenda serie dicamus: multi autem tractationem hāc, & olim, & nostro hoc seculo adgressi sunt, sed neminem puto absq; casu, tam res hāc in lubrico sita est. Et illa supputatorum uaria & multiplex dissensio, satis (opinor) ostēdit, quām difficile sit τὸ λεπτόν in calculo hoc adsequi. Agnū lupo facilius cōcordaueris, quām de ætate mundi omnes inter se chronographos. Suffecerit igitur in ista opinionum iactatione cōquiescere nobis, si nō in uero, saltem in quodam uerisimili. Quod dico, nihil dubitans, ætatis mundanæ numerum, quem pridem excellenter docti & diligentes quidā uiri, ex diuinæ scripture historia decerpserunt, uero ipsi maximè esse & propinquum, & consentaneū. Philastrius numerat illos inter hæreticos, qui cōtendunt numerum annorum à mundi origine hominibus penitus esse ignoratum, eos (opinor) hæreseos non accusauit, qui temporū de sacra historia extractā annotationem negant esse exquisitā: nam id si faceret, se cōdemnaret ipsum, haud enim uidetur proprius attingere potuisse temporum horū articulum, quām potuerūt pleriq; ex ipsius coetaneis, qui fastos emendarūt, & à primordio mūdi ad natalitia Christi numerarunt annos, alius supra quinques mille quingētos uiginti nouem, ut Epiphanius: alius paulò minus, alius etiam plus: & memoratur Philastrius numerasse ultra quinq; annorū milia octingentos & solis cōsicut cōuersio, secuti sint, uidentur prologios scat culi huius erro ribus dedisse causam.

Greici cum anni rationē non Mosaiquā quam solis cōsicut cōuersio, secuti sint, uidentur prologios scat culi huius erro ribus dedisse causam.

Voluit omnino nos scire Deus, quo temporū ordine, per quas generationes propagatae ipsius sint de nouo testamento promissiores, quæ prophetarum uaticinia, quādo edita & impletasint, quo tempore expectandus erat in carne τὸν ὄρβης liberator. Et ne ratio de rerū initio cogitans offendatur, uoluitea de re, intra metas nos constringi ac frenari, nō uoluit mentem humanā euagari longius. Nam hęc Deo loquenti per Mosen nobis, si non credit, & retro de rerū initio cogitans, nullū inuenire potest limitem, cōtinuò statuit generationes & corruptiones fuisse in mundo, semper & in omni aeternitate quoq; esse futuras. Cæterum cū Moses principium à patribus intellexerit, & tradiderit esse constitutum, & historia hu- ius tam est reperta uera, confirmataq; magnis & illustribus ad- mirabilium eventuum testimonij, uidetur meritò censendi athei illi esse, siue (ut theologi loquuntur) hæretici, qui uel nullum mundo tribuunt

Christus, quod est spirituali unctus oleo ad uersus omnem demonum et mundi uim et iniuriam.

Moses de origine mundi.

tribuunt initium, uel huius ætatem ne quidem *ἐν τῷ αἰώνι* scrutabilem esse adseuerant: uel si initium credunt, illud tamen somniant fuisse ante mille millenas annorum myriadas. Nam hoc mundi nimirum recens à Mōse proditum initium, multi nunc fœdissimum de religione sentientes Epicuri rident, quasi condere orbem Deus potuerit, ante seculorum millena millia, non idem eundem potuerit, ante annum quinquies millesimū, quingentesimum decimum nonum: quem numerum mundanæ tribuimus durationi, uel ætati ad præsens, quo ista scilicet adolescentiæ nostræ præscribimus, & à Christo nato annos numeramus mille quingētos quinquaginta septē. A primæua mundi constitutione ad natum Christum, annos computamus termille noningentos sexaginta duos, non ut ex computatione ista omnis nobis dubitationis scrupulus eximatur, sed ut tamen affirmemus, eam omnino esse talem, cui credere sit proclivius & tutius, quam alicui alteri sumptæ ex uersione Septuaginta interpretum, apud quos constat annorum historiam parum esse emendatam, quod quidem ipsum torsit plurimos, & diuio Hieronymo maxime etiam fecit negotium. Is enim simulatq; temporum rationem expendit attentius, & uersionem græcam ad examen revocauit, numerum illum quem ex ea collegit, adeò inuenit superfluentem & depravatum, adeò quoq; eum contraxit, ut cum multi ex ueteribus Ecclesiasticis antiquam primamq; illam secuti translationem, annos numerent à rerum exordio ad Christum quinquies mille ducentos & quadraginta nouem, alijs plus, alijs minus: ipse numeret duntaxat termille noningentos & quinquaginta duos, atq; hunc diui Hieronymi numerum amplexus Beda est, dimisso illo magno, quem ex Eusebij puto chronicis inuexit posteritas, in historicorum temporum cōputationem. Picus addidit Hieronymi calculo sex, Lutherus octo. Docti quidam, qui uidentur sibi esse omnium exactissimi, uiginti septem adjiciunt. Calculus usitator apponit decem, quem in hac sequar discrepātia: quod, ubi diuinandum est, in communib; sententijs libenter conquescam. Nec enim est ut quis Iudaicā supputationem, quæ nostra minor est ducentis & amplius annis, contendat esse exquisitam & nostræ anterērēdam. Etsi enim qui ex populo hoc in Moschiæ expectatione erant, tempora accurate cōseruarunt, palam tamen ex historiarum collatione fit, posteriores Iudæos, multò etiam antequam reieci à Deo essent, in tot suis mutationibus, ruinis, & exilijs, annos aliquot, ex serie annorum mundi amisisse. Sed præstat supputandi formulam hīc aliquam subiçere, ac in ea præbere ociosis ansam exqui-

Rerum omnium
ideæ sunt &
fuerunt in men-
te diuina ab æ-
treno & ante
secula, sed ui-
sibilis cœpe-
runt esse per
annas uerbas
eas in tempore.

Quo tempore
carnem induit
qui inductans
in mundū no-
xiam corporis
sui immolatio-
ne sustulit.

Annaliū scri-
ptores, Græ-
corum calculo
scripti, annos
numerant tam
multos.

exquirendi rem hanc subtilius, eget res enim inuestigatione, & quidem multa, quod rabini uariè etiam numerent ætatem mundi, & sententijs inter se discrepent, tametsi fortasse non ita distent longè. Autor Epitomes Historiæ annorum mundi, quām עזבונו cant, quisquis is fuerit, autoritatem puto accepit ex longis gentis huius per incertas sedes uagationibus, & inscītiæ diuturnitate. Vt cuncti tamen sit, suum hunc mordicūs tenent, tuenturque Iudæi librum, ex quo computant, nisi fallor, à rerum primordijs ad tricessimum secundum annum regni Herodis, uel (quod idem est) ad

Quousq; Mo-
fes genealogiā
Christi descri-
p̄sit, nulla est
in computādiſ
annis contro-
uersiā.

quadragesimum secūdum Augusti, quo Christus nobis natus ex Virgine est, annos ter mille septingētos & sexaginta. Rectè autem ibi à primis stirpibus & initijs, calculum per generationes & patrum ætatem ducunt, nec ubi in sacris Biblijs expressos annorum numeros proferunt, nostros habent ulla parte, à se dissidentes. Ab

Nohas deci-
mus patriar-
cha nascitur,
anno mundi
1056. moritur
2006.

Adamo ad Nohetici diluuij initium colligunt nobiscum, annos mille sexcentos quinquaginta sex, quos trahere ex Mosis descriptio ne facile quisque potest. Ab inchoato diluvio ad natum Abramum, annos numerant ducentos nonaginta duos, & ad huius uocationem, trecentos sexaginta septem. Indubitatum enim ex generationum & uerborum ordine in Mose est, Abramum ante

Abrahamus
Nohæ ipsi eorū
xives.

Nohæ mortem uixisse annos quinquaginta octo, quos quinquaginta octo annos, ubi detraxeris à trecentis quinquaginta annis, quibus post diluuium Nohas docuit posteros, & senex noua mala plurima uidit & deplorauit, reliqui manent ducenti nonaginta duo anni, in quorum postremo natus in mundū est Abrahamus. Hoc cognito tempore, non ignorabitur annus, quo Deus, hominum quodam quasi more, fœdus pepigit cum Abrahamo, & ipsius semine. In Genesi nanque, capite duodecimo, disertè ait Moses וְאַבָּרְהָמִן בְּשָׁנָה שְׁנָה וְשְׁבִיבָם שְׁנָה Septuaginta quincunx annorum fuit Abraham dum primum uocatur, & ei se Deus fœdere coniunxit. Postea cùm Isacum ex Sara promissum suscepit, idem centum fuit annorum, וְעַשְׂתֵּה כֵּן inquit decimo septimo capite Moses. Adolescentes integra capita in Genesi legant, & fœderis conditiones simul expendant, suoque cum animo diu multumque repetant. Numeros hinc nos tantum uenamur, quorum ignoratio, multò habet minus periculi, quām horum quae ibi pacta sunt, negligentia & uiolatio. Annos septuaginta quincunx, quos agebat dum benedicetur Abraham, adde prioribus à diluvio ad ipsius nativitatem transactis, & surgent trecenti sexaginta septem: atque hos rursus adde annis mille sexcentis quinquaginta sex, cataclysmum precedenter tibus

tibus, uidebis anno uicesimotertio supra duo millia, ab origine mundi desisse tempus אֶת. Et omnes qui in Ecclesia Christi, semen Abrahæ sunt, in peculium, seu in populū Dei esse adscriptos. Post uocationem moritur Abraham, anno cētesimo.^a Semus longeūus ille inde tricesimoquinto moritur anno, cuius sanctissima consuetudine usi fuerūt pīj post diluuium per annos circiter quingentos. Charus enim Deo fuit, quemadmodum & Nohas ipsius pater. Et uir Dei fuit annosus quoq^b Eber, à cuius heroica præstātia, suum genti quæ Hebræa dicitur nomen adhēsit & mansit. Moses ubi scribit, Iacobum sedisse sub tectis (quæ uti Scythæ puto circumtulerūt) rabī quidam Isaci filius Solomon locum enarrans ait, יְהוָה נִשְׁבָּה בַּאֲזֹלָה וְלֹא־מֵרְחָה שֶׁל שָׁמֶן עֲבָר, sedit Iacob in tentorio suo, & discit ex ipso Sem & Eber uerbū Dei.^c Erat autem אֶת ipse, quem Melchizedecum fuisse putant, unus adhuc ex aurei seculi reliquijs, centum penē natus annis ante diluuium, qui Abrahæ nepotes & alios docuit, haud dubiè de mondi ortu, de restituenda agnitione Dei, quam in primis parentibus natura amisit, de promisso & uenturo orbis liberatore, de uita & gloria æterna, & impiorum poenis. Sic iuuē adhuc Noham, Sem i ipsius postea patrem docuerat, multò ante diluuiū.^d Enos ualde senex, quippe qui post creationem Adæ, ducentesimo tricesimoquinto nascebatur anno. Et Noham post salutem ex aquis, uirū iam curis & annis grauem, credibile est narrasse suis, & filijs, & nepotibus, & pronepotibus: quid prīmi patres disputerint de peccato, morte, inferno: quid de semine mulieris, quid de iustitia: quas habuerint conciones, quas cum impijs Cainitis, qui florebant & ad dominium grassabantur, pugnas: quos agones, quām dulces & erudití patrū sermones fuerint de natura rerum, de cœli motibus & uiribus, quantis deniq^e tempus אֶת miraculis Dei plenum extiterit. Nec putandum est, posteriorum temporum ingenia sagaciore esse primis, quia tempus אֶת lege & libris caruit, quibus nostra abundant. Supra omnes libros est contemplationum assiduitas, angelorum contubernium, & iudicij rectitudo. Post Noham & alios nonnullos prgnauit^f Abrahamus egregiè pro uirtute & ueris Dei cultibus, late sparsit idem artium semina, & doctrinā de cœli motibus. Et quoniam fuit magnum in orbe lumen, meritò datum ab ipso est nouo tempori initium. Hæc nanque mundanæ durationis in tria tempora partitio, sumpta ex reuelatione illa Eliæ (quæ ueterum rabinorum monumentis celebratissima est) non temere creditur mundi principium & finem adumbrare אֶת.

a. Ex priore
mūdo relicto
uite mortalis,
pensum anno
demū sexcē-
simo peregit.

b. Annos ui-
xit quadri-
gētos sexagin-
ta quatuor.

c. Semus Mel-
chizedecus fi-
lius Nohæ.

d. Enos tertius
patriarcha lo-
geus ut diu-
tius erudire in-
nores potue-
rit.

e Josepho teste,
in magna gra-
tia & honore
apud Aegy-
ptios fuit quod
Astronomiam
& Arithmeti-
cen illos do-
cuerit.

Scribitur in Thalmude, Doctrina domus, seu scholæ Eliæ est:

שְׁנֵי אַלְפִים תֹּהֶה

שְׁנֵי אַלְפִים תֹּהֶה

שְׁנֵי אַלְפִים יָמֹת חֲמִשִּׁית

*vltima myrias
non comple-
bitur.* Duo annorum millia Inane, duo millia Lex, duo millia Moschiah, qui est Christus. Atq; hæc, modo quodam propinquo, non ad unguem, ut quod præcipue ad finem confusioñ mundi prænoscendum attinet, parati semper simus, & è cœlo Dominum in statione expectemus. (Hæc mundanæ durationis, ex quibusdam prouidentiæ Dei rationibus partitio uetus est, nec liquet satis cuius sit Eliæ. Multi credūt illum fuisse Thesbitem nobilem & sanctum uatem, qui uixit circiter medium seculorū. Sed puto ego esse uaticinium, cuiusmodi fuerunt pleraq; per fœminā & nurū Noheticam, alias q; Sibyllas effusa. Quod prædictionis genus, ratione nobis nunc incomprehēsibile est. Veteres Babylonij, & Ægyptij, multum in eo laborarunt. Cæterum pauci huius sublimitatem assuequi potuerūt, qui arti, non singulare ingenij uirium robur, cœlicq; fauorem coniunxerūt. Apparet autem hunc Heliām & Oldam, & tres Magos, & nobiliores aliquot Sybillas plurimū hac ualuisse arte. Memphiticos uero sacerdotes, si comparationem facias, potuisse parum, & minus his adhuc Francorū & Gotorum Alruuas, & Gallorū Dridas.) Potest autem mirum uideri, cur qui in bestias degenerarunt Iudæi dictum hoc non dudum è Talmude suo eraserint, quando tam manifestè ipsorum aduersatur uesaniæ. Sed ad institutā redeo computationē. Extinctis tribus summis uiris, Abrahamo, Semo, & Ebro, recumbebat omne cœlestis ueritatis patrocinium, omniscipie adèò cura primū in Isaco, postea in Iacobo Israële & huius posteritate, cui quoniā quinto Genesis dura prædictitur seruitus, accidit anno ducētesimo decimoquinto, post uocationem Abrahæ,

a cum iam Isacus pater uitam posuisset, & filius Iosephus uenditus, ac mirabili Dei consilio euectus ad potentiam esset, ut pellente fame Iacob cum familia, & numero suo sui semine diuerteret in Ægyptum: ubi Israëlis populus, qui subinde pro fœcunditate illa Abrahæ promissa crescebat, commoratus annos totidem est, quoꝝ à uocatione Abrahæ ad discessum sancti huius coetus in Ægyptū defluxisse diximus. Nec enim dubiū est quin patriarchæ & Israëlitides, plurimos ibi Ægyptios ad ueram & firmā Dei agnitionem traduxerint, antequām rex in sanctos dei fureret, & eis moliretur exitium. b Iacob Israëlis nomen, dudum ex euentu seu lucta adeptus, in Ægypto senex moritur, anno ab origine mundi supra duo millia

millia, ducentesimo quinquagesimo sexto, ætatem dum ageret annorum centum & quadraginta septem. Anno postea trecēsimō decimo, supra duo millia, moritur principem locum tenens in Ægypto ^{a.} Iosephus, patri & auo & atua filius, factis & animo per omnia similis. Nec aliis quisquam ex ihs, qui in sanctissimi patriarchæ comitatum in Ægypto fuerunt, patriam reuisit. Sepulti in Ægypto sunt omnes, relicta, per ducentos & quindecim annos, sobolis multitudine ex se innumerabili. Leui ^{b.} Israëlis filius cæteris uixit diutius, sanctumq; populū post patrem gubernauit, uir spirans diuinam progenitorum uim, pulcherrimis doctrinæ & pietatis exemplis. Huius nepos Amramus progenuit ^{c.} Mo-sen, quo tempore Ægyptius tyrannus crudelissimum de omnibus Ebræorum necandis & aqua suffocandis infantibus edictū fecit. Nascitur autem seruaturq; in aquis diuinitus Moses, anno mūdi supra duo millia trecētesimo septuagesimo quarto. ^{d.} Iehoschua anno quadragesimo sedecimo, quorum uterq; tantos concepit impetus, in amplificādos ueros Dei cultus, ut nisi quidam supra communem hominum naturam habuissent, tothostium petiti insidijs, facile & se & uniuersum populum perdidissent. Mose agente annum nondum plenè octuagesimum, creuit Ægyptij tyranni cæcitas & truculentia in tantum, ut Israëlitis satius fuerit ætatem degere inter beluas, quam in tanta regis & regiorum satellitum immanitate. Preces funduntur ibi igitur pro liberatione ad Deum patrem. Deus (ut Abrahæ promiserat) invocatus, dexter & fidelis adest, populumq; ita ad nominis sui invocationem accensum, de Ægypto, ut de extremis periculis per aquas, duce Mose, eduxit, qua educatione uidit mundus, ante Christū nihil gloriosius, nihil admirabilius & diuinius. Instituit die illo educationis Deus nō^y quod est pascha, in æternam transitus huius memoriam. Iudæorum populus, cum adhuc Dei esset, quotannis ingentia illa erga se beneficia & miracula prædicavit, festumq; ueris ornauit officij. Nunc cum à Deo idem sit in totum auersus, & tenebras tam sine fine suas amet, sancti Christianorum cœtus, per uestigia primorum Israëlitidum gradientes, Pascha uerum hymnis grataq; cogitatione celebrant. Estq; Christianum nō^y solum nunc gratus Deo cultus. Iudaicum autem abominatio. Non quod diuina ex Ægypto liberatio non perpetuis laudibus sit ad cœlum usq; uehenda, sed quoniam quæ secuta est liberatio per filium Dei, adumbrata fuit per Ægyptiam. Et collationem dum facis, longè maior lucet Dei erga nos

a. Iosephus sp̄ ritu sapientiae et cōsilijs præditus in regiā effertur dignitatē quē fines extinctum cū piebant.

b. Levi unus Amrami.

c. Moses filius Amrami ex Iochabeda, septimus post Abrahamum.

d. Iehoschua Christi typus Israëlitas in hereditate terrenam ex mysticam perduxit. Christus uero Israëlitas ex spiritu in hereditate cœlestem.

e. Pesach nostrum Christus est cuius celebratio perpetua est, nec ita tempore ex locis circumscriptis ut fuit an niuersarium uetus.

clementia & bonitas in liberatione, qua filium pro nobis sum
fieri uoluit paschalem victimam, ut à sempiternæ mortis metu
seruaremur, quām corpora & fortunas, ubi tātū ab imminentī
eripit & defendit exitio. A tempore scederis, quod cum Abrahā-
mo Deus pepigit, ad Israēlitarum egressum de Ægypto, in quo
ut dixi, primum cœpit Pascha, numerātur anni quadringtoniti tri-
ginta: nec obstat quod duodecimo Exodi tribuatur hic nume-
rus commorationi in Ægypto. Perspicuum enim ex generatio-
num serie & argumentis alijs in Mose est, annos, inter Abrahæ-
uocationem & exitum de Ægypto, nec plures, nec pauciores tri-
ginta & quadringtonitis decurrere potuisse. Quod itaque scri-
bitur בְּנֵי יִשְׂרָאֵל יָצְאָה מִצְרַיִם שָׁנָה שְׁרֵבֶת בְּמִצְרַיִם fi-
lij Israēlis federūt in Ægypto annis triginta & quadringtonitis, sy-
nechdochicōs accipiendum est, ut temporis cursus ab origine
mundi ad diuinhas ex Ægypto liberationes, annos contineat:
exactē, ultra duo millia annorum, quadringtonētos & quinquagin-
ta tres. Quibus ubi istos iam addideris quadringtonitos octua-
ginta, qui primo Regum, capite sexto, computantur ab exitu
de Ægypto, ad illud spectati operis, sumptuosissimeq; à pacifico
Solomone extructum ornatumq; templum, erunt à primordijs

*Extrui cœ-
ptum hoc ma-
gnificēissimo
apparatu Deo
templū est, an-
no mūdi 2934
absolutum au-
tem 2942.*

repetiti supra duas annorum Chiliadas, noningenti & triginta
tres anni. Verba de quadringtonitis & octuaginta memoratis inci-
piunt בְּשָׁמְרוּ שָׁנָה שְׁרֵבֶת בְּמִצְרַיִם לְעֵת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל טְצִוִּים Lector integrum requirat legatq; locum, & inueniet quarto an-
no regni Solomonis, mense secundo, cùm iam ab exitu Israēlia-
rum anni defluxissent quadringenti & octuaginta, stetisse uel in-
choatum saltem fuisse Hierosolymis templum, in quo Deus pro-
misit se uota populi Israēlitici exauditurum. Hic forsan miretur
aliquis, qui potuerit Solomon tam celeriter, & (uti proditur) se-
ptennio, domum Deo tam magnificā, & summa cura expolitam,
totoq; adeò orbe decantatā absoluere, cùm id genus molimina
lenta esse soleant, sāpe annorum centum & plurium. Huic cele-
ritatem probabunt (opīnor) primum inestimabilis apparatus,

*Dauides sin-
gulare Israēli-
tici imperij or-
namentum &
decus.*

quem ad extruendū templum Dauides, postquam duce exerci-
tuum Deo, tot populos bello subiugasset, filio tradidit. Deinde
ingens numerus fabrorum & artificum, quos miserunt ἀρωματοποιοί τῶν τυρίου Βασιλεὺς, & Vaphres Ægyptius Rex, qui & ipse, ut Iose-
phus ait, φίλος ἦν τοῦ Βασιλέως σολομῶντος. Scribitur in operarios illos
ex Tyro & Ægypto missos, qui memorantur numero fuisse cen-
ties & sexagies mille, item & in ornamēta & ἀργyα templi, præ-
ter ci-

ter cibarios sumptus, impensa esse ducenties septuagies nouies centena millia coronatorum, quam summam, si quis uuiuersas hodie regum Europæ pecunias congerat, haud magno arbitror interuallo superaret. *λατέλιπε* (inquit septimo antiquitatum libro Iosephus, de Davidis loquens opulentia) *τωλοῦτορ θσορ ὅντες ἀλα-*
λος βασιλεὺς, δύτε ἐβγαίνει, δύτε ἄλλων ἐθνῶν. Ornatus siquidem diuinitus est Israëlitici regni gloria, haud multo ante tertium millesimum annum mundi, quo tempore processerunt diuitiae in orbe terrarum, ad summum. Poëtis aurea ea ætas dicta est, quod pauciores tum fuerint ad auaritiam & luxum stimuli, mundo nimirum integras suas possidente uires, quæ cum in senecta iam fractæ sint, potest nihil satis esse rapacitati & pecuniarum fami, in tanta animorum mollicie & imbecillitate. Atq; de Solomonio templo, & ætate, hæc ueluti in transcurso. Cōsentaneum autem est per hæc eadem tam auro cumulata (ut ita dicā) tempora, gentes dñs suis delubra ædificare quoq; coepisse, quod satā ^{a.} "Dei opera æmulari ubiq; studeat. Qui uolet, Strabonem & Plinium legat de operissimo ^{b.} Dianę templo in Epheso, deq; Numinum aliorū in Asia ditissimis sacerdotijs. Putabatur ea maiestas nullo æuo interitura esse. At docuit euētus idola illa omnia, cum infinito suo splendore & magnificentia, ad pauperis Christi aduentum ac lucem disparuisse. Erat, dum Solomon floreret, terra ad infinitum uarijs & multis repleta gentibus, quæ omnes seminatæ sunt ab octo superstitionibus à diluicio animis, à quibus tanquam per canales philosophicæ disciplinæ (ut obiter quiddam huius rei hīc inspergam) etiam ad Chaldæos, Ægyptios, Hebræos, Phœnices, Græcos & ad Latinos tandem defluxerunt. Nec enim inuentæ ab hominibus sunt, tamen si hominum studio plurimum sint auctæ. Hausit illas prior Nohas ^{c.} ex primarum generationū patribus. Postea cum unus ille superesset, mundoq; nouū dedisset initium, dictus non temerè pater Deorum ipse est, & semen mundi, in ethnica theogonia etiam Coelum, Ogyges, Janus, & uxor huius Vesta, Opis, Cybele, Terra, è qua ut in amoenissimæ & affluentissimæ hubertatis regione appellata Sennear (quā ni fallor Strabo Araxeam uocat planiciem) nullas adhuc alias suscepisset proles, nec Tuisconem ex Titheam muliere quadā gigantea (quod à quibusdam memorari & credi video) progenerasset, palam tamen ex Mose est, paucis annis tam auctā ex ipsius filijs, & nepotibus hominum esse multitudinem, ut eius in tātum exauctæ divisionem & sedium etiam aliarum, ut ita dicam, conquestionem,

a. Aduersarius tentator, impulso, tentat ut peccato implicet, ac timorem & fidem in nobis extinguat.

b. Anno ante natum Christi 354. cōflagravit hoc Diana in Epheso templo die sexto in arobalanites, quod est Iunij mensis.

c. Literarum fuit nonnullus etiam ante diluium usus si fidem damus Iosepho commemorant de Astronomia æreis inscripta columnis sicut credimus quoque ijs qui Hanochi monumenta illa unde Moses sua quædam desumpsit, adhuc extare, dicere audent in Ecclesia regine Sabæ, cui praestet Ioan. Belul potissimum Rex Nubianorum, quem tradunt genere & fide successorē esse Candacis Reginæ &c.

necessitas & suaserit & impulerit. Pars igitur aliqua ibi aggressa est, Nemrodo autore & duce, condere ciuitatem & turrim Babyloniam, quo in opere, cum non quæretur gloria Dei, & auita uirtus pietasq; , in propagine hac, indies magis ac magis extinguetur, facta est diuinitus tam confusa diuinaq; in novo hoc populo, lingua, ut premente noua etiam iam necessitate, aliorum in alias orbis partes dispersio & migratio facienda fuerit. Hinc, qui se sub Gygante aut Heroë ad quærendas sedes conglobarunt, facile sub hisdem legibus & moribus, subq; una lingua potuerunt in populi unius tanquam corpus coalescere. Hebræi computant ab aquis ad populorum diuisionem annos trecentos & quadraginta. Puto, diuisionem intelligi ab eis hic illam mirabilem pariter & memorabilem, in qua Coloniae ex Assyria & Armenia & uicinis locis deductæ sunt in omnes utriusq; Hemispherij partes. In priore fecit ille serarum & horodus auertit minum uenator Chami filius Assyriorum, Imperio initium. Cætera per orbem nata in ipsis postea sunt migrationibus: si fidem damus Berofo, quem quidam etiam ex veteribus, solerter prædicant fuisse historiarum primi seculi indagatorem. Docuit Tuiscon anno quarto Nini, leges ad Rhenum. Et Mānus huius filius imperauit, non Sarmatis tātūm, sed & Rhenicolis & cæteris Borealibus terris. Tempora si conferes, oportuit eum cum Manno, Geta, & ducibus ducumq; cohortibus Armenicis suis, in migratione non fuisse ex ijs, qui ad possidendas terras se in uniuersum orbem effuderūt, postremum. Leges si tulit accolis Rheni, anno

Preciosi futurorum Nohas scribitur duas instituisse echo lis primam in Sagalibna Armenie, altera in loco ubi Abrahamus à Melchisedeco exceptus fuit. Armenicæ dici

fuisse Saga Sabbathia quo nomine habuit etiam Nurū fatidicam seu Syllā Nohas.

necessitas & suaserit & impulerit. Pars igitur aliqua ibi aggressa est, Nemrodo autore & duce, condere ciuitatem & turrim Babyloniam, quo in opere, cum non quæretur gloria Dei, & auita uirtus pietasq; , in propagine hac, indies magis ac magis extinguetur, facta est diuinitus tam confusa diuinaq; in novo hoc populo, lingua, ut premente noua etiam iam necessitate, aliorum in alias orbis partes dispersio & migratio facienda fuerit. Hinc, qui se sub Gygante aut Heroë ad quærendas sedes conglobarunt, facile sub hisdem legibus & moribus, subq; una lingua potuerunt in populi unius tanquam corpus coalescere. Hebræi computant ab aquis ad populorum diuisionem annos trecentos & quadraginta. Puto, diuisionem intelligi ab eis hic illam mirabilem pariter & memorabilem, in qua Coloniae ex Assyria & Armenia & uicinis locis deductæ sunt in omnes utriusq; Hemispherij partes. In priore fecit ille serarum & horodus auertit minum uenator Chami filius Assyriorum, Imperio initium. Cætera per orbem nata in ipsis postea sunt migrationibus: si fidem damus Berofo, quem quidam etiam ex veteribus, solerter prædicant fuisse historiarum primi seculi indagatorem. Docuit Tuiscon anno quarto Nini, leges ad Rhenum. Et Mānus huius filius imperauit, non Sarmatis tātūm, sed & Rhenicolis & cæteris Borealibus terris. Tempora si conferes, oportuit eum cum Manno, Geta, & ducibus ducumq; cohortibus Armenicis suis, in migratione non fuisse ex ijs, qui ad possidendas terras se in uniuersum orbem effuderūt, postremum. Leges si tulit accolis Rheni, anno quarto Nini, audire docentem Nohā potuit uel in Assyria uel inter Cordæos Armeniæ montes. Et apparet nihil istos dicere absurdum, qui Treuirorū urbem (que posterioribus seculis principiū Romanorū sedes fuit in Belgica) conditā asseuerāt circiter annū à Nohetico diluvio trecentesimum & sexagesimum. Conditum potuit, manibus nouorum hospitū in nostras terras ex Armenia & Assyria, unde sunt, Tuiscone duce, migrationes ad nos factæ. Hebrai quidam Germanorum patrem faciūt Ascenam Gomeri filium & Iapeti nepotem, quòd ut refellere est difficile, ita comutum de Tuiscone abijcere sententiam, contrarium nisi probeatur, magna est audacia. Potest Tuiscon, quem Berosus Nohæ filium tradit, descendisse quoq; ut Ascenas ex Iapeto, eodemq; iure constituere regna & dominari in parte Europæ, quæ tota Iapeto & posteris ipsius in sortem obtigit. Tuisconis nomen ferunt gentes nostræ non Ascenæ, nisi Saxoniam Alcanium ad Gomeri

Gomeri filium quis uellet referre. Sed ista relinquamus somnia. Ingens naturæ aut Dei potius miraculum est, repleri hominibus potuisse terras, quæ arctico etiam premuntur frigore, annos intra tam paucos. Quot putas millia hominum, à Tuiscone relicta & distributa esse in Asiatica, & Europea, Sarmatia, antequam illius Hamaxobij aut Nomades lacteç & melle uictitantes populi, in tantam accreuerint multitudinem, ut coacti fuerint cum armamentis & pecoribus, pascua quærere, in nemorosis cœli nostri montibus & desertis? Vteres Germani pleniores de prima sua origine notitiam habuerūt. Nos quod à Beroſo non proditur, compertum propè nihil tenemus. Vnus hic inter cæteros adhuc extat, qui quod apud Babylonios, & in Tyriorum præcipue annalibus uetustum & memorabile inuenit, græco sermone conscripsit. Aliorum de primis mudi regnis, studijs & moribus scripta, perijſſe uidentur in Alexadrinæ bibliothecæ incendio. Refert nobilis eques & historicus Cornel. Tacitus solitos fuisse Germanos, in solennibus epulis, Tuisconem Deum terra editum & filium huius, Mannū, ac Heroas qui secuti Mannum sunt, antiquis carminibus celebrare. Crediti uel dīj sunt, uel cum dījs habere commercium, qui Duces & Reges populorum fuerunt, antequam terra ullis suis regnorum, possessionum & agrorum fuit definita limitibus, & hominibus ibi in illa peregrinatione & egestate monstrarunt quæ ad commodioris uitæ usum pertinent: genusç suum ad cœlū præcipue retulerunt, & res maximas gesserunt in terris, corporis item uastitate & specie & robore supra alios longè eminuerunt. Videtur hoc nomine cultus pro Deo à nostris esse Tuiscon, quem Berosus Nohæ filium fuisse prædicat. Potuisset autem de stirpis diuinitate gloriari iustius, si patris religionem nō abiecisset. Genti nostræ ex se uetustissimum illud Tuisconis nomen reliquit. Teutonum appellatio aliquanto posterior est, sumpta à Teutone rege, qui cognominatus est Mercurius, & Mosi contemporaneus fuisse traditur, post quem non diu secutus est Alemannus Hercules, à quo tertium nomen acceptimus, quod quidem tam clarū est, quam, quæ à Manno deductæ sunt appellationes, nostræ arrident nationi. Hunni Alemannus hic pater fuit, in cuius ætatem dicitur trimestre Deucalionis incidisse diluuium, & Phaëtonis postea incendium & sterilitas. Germaniæ recentior appellatio, exorta ferè est cum Caſaribus. Priora uetusta sunt. Teutates quem Plato geometriæ & artium quarundam aliarum inuentorem dixit, putatur à Tuiscone

descendisse & noster ille esse, toto notus orbe Teuton noster^{q̄} Mercurius, cui proculdubio admiranda fuit ingenij sagacitas, cō iuncta fortasse etiam (ut poëtæ non lœua mente de altero quodam suo memorarunt) cum mendacijs & fraudibus. Noti sunt uersus apud Lucanum de sacrificijs, quibus iratum Teutatis numen placandum à nostris gentibus fuerit. Possunt tam horrendæ infandæq̄ uictimæ, de perpetuo satanæ in hominem furore & grassatione nos admonere. Ita solet is omni seculo (ut sunt in unoquoq̄ occasiones, iudicia & affectus) in humana peclora sœuire. Et cultus pro Deo quod Alemānus Hercules est, Hunni pater, à quo antiquiores Germaniæ nostre principes longæ succel.

Leonini Germanie principes. sionis iure habent, scrutis suis adhuc insculptum Leonis insigne, quod in Clypeo Hercules pugnans gestauit. Creditur autem

Alemannus noster hic, omnium illorum qui usquam Herculis nomine honorati sunt, fuisse primus: cuius tam in fama per orbem uirtus & fortitudo fuit, ut facere ex eo Deum satanæ non difficile fuerit. Cultus fuit multis seculis, multisq̄ gentibus. Idolum quoddā huius æreum in Richauia (que insula est Rhenana ad lacum Brigantinum) sustulit demum, iussu Maximiliani, Stabius poëta, & ad Tyrolenses illud transtulit, quod obiter dicendum putauit adolescentibus, ut cogitent, Tuisconem ac ex Tuiscone natos Heroas, conditione & natura nihil differre à loue, Neptuno, Apolline, Pallade, lunone & poëticis Dijs omnibus, quos ut

Nemrodus Babylonius Satyrus. rectè ait Statius, Timor in orbe fecit. Fuerunt homines perinde atq̄ nos, in clementari hoc mūdo, sumus, morbis senio ac infinitis casibus subiecti. Primus Iupiter potuit cœli & opis legitima esse proles, & idcirco à confusione linguarum, statim euectum esse in Regem populorum, quos appet duxisse, nō ut Tuiscon & quidam alij sua duxerunt agmina in regiones niuibus aut æstu graues ac asperas, sed in terras, quæ leues habent auras, cœli temperiem, soli ubertatem, & aquarum abundantiam. Vbi si beneficijs sermoneq̄ & uultu maiestatem ac gratiam præse tulit, qualē nemo non posset amare & uenerari, facile in prisca illa ru-

Gentium horrenda uanitas & superstitionis in numinum cultibus. ditate, & ueri Dei obliuione & ignorantia, ei fuit diuinorum numinum congressus & colloquia simulare, ac Dei etiam tandem emereri opinionem, ex rerum gestarum felicitate & magnitudine. Illis ijsdem sese attollerunt in cœlum alis, inq̄ Deorum relatii numerum sunt Tuiscon, Teuton, & Alemannus, in quorum fidem, tutelam & sinum antiquissimæ Aquilonis gentes se trahiderunt, firmissima statuentes consensione, prouenire ex sacrificio

ficio placatis illis, salutem, uictoriam, opes: ex iratis, pestes, bella fame & mala omnia. In has animorum tenellas non difficile fuit deturbatis cœlo dæmonibus illatebrare se, subq; Teutonis, Iouis, Alemani, ac similiūm nomine, quos in Deorum ordinem relatō humana ruditas credidit, ueram de Deo lucem in hominum pectoribus extinguere, & portentosos errores aduersus ueritatem, & diuini cultus puritatem ferere, & falsis miraculis confirmare. Sed longius quam instituti fert ratio, huic immoror digressioni. In templorum ordine, facta deductione à rerum prima origine ad quartum annum Solomonis, quo templum Deo, in conspicuo colle conditur, inuenti computatione hactenus sunt anni bis mille noningenti triginta tres. Vestiganda iam est communi chronographorum uia, pulcherrimi templi huius duratio siue meta.

Quot seculis templum Solomonum in columnę persistet?



V̄ssit Deus extrui sibi domum in Iudææ metropoli, non ut hominum more, structuræ splendore & ornatu, ac pecudum in ea uictimis delectaretur (Insania enim est, putare Deum istis uelle modis & ritibus coli) sed populum uolebat suum ad id præcipue spectare, quod corporale templum adumbrabat, & prophetæ docebant. Cæterum cum à morte Solomonis, maior tribuum pars, Roboami filij tyrannidem & fastum ferre nollet, nouumq; adeò sibi Regem crearet, ac graues, ex funestissimo illo schismate, ortæ essent inimicitiae, subrepere sensim & facile potuit in templi cultus satan, & nouos scripturæ legis inducere sensus, & à uoluntate Dei auerte: quod quidem ipsum unicè meditatur & agit omni seculo. Ibi igitur cum pauci in Iudæa reges disciplinam & pacta legis custodirent curarent ue magnopere quid Deo placeret: & Israëlis reges populiq; in Samaria Gentilium sacrorum uanitate, purissimam patrum religionem conspurcarēt: & prophetas uiros Dei, utriq; etiam occiderent, prophanatum spoliatumq; in admonitionem de ira Dei, saepe Templū fuit. Sed ubi nihil spoliatione, ac irrogatis omnibus, quas in poenam acceperant, cladibus proficeretur, nec, quantū peccassent, agnoscerent. Iusto solitoq; Dei iudicio uastatur & excinditur Israëlis regnum in uniuersum, deuictio Hosea rege, & abducta magna parte populi in Persas & Medos. Qua facta per Assyrios euersione, superstites ex duode-

Nunquam finita pax fuit inter regnum Iudeæ, & regnum Israëlis, ubi etiā altera pars alteram accusabat de neglegtione officij & defectione & heresi.

Hoseas ultimus Regum Israëlis.

a. In hoc chis-
chia, memora-
bile nobis es-
se debet quod
Deus Angelorum
legiones
armare solet
cōtra piorum
hostes. pacem
prius ille ab As-
syriis emit tri-
ginta talentis
auri, & trecē-
tis argenti. Sed
cum fide fragi-
Assyrii essent,
accidit ut ho-
stium. 185000.
cederentur.

b. Vel Assy-
rius.

c. Retroacto
uersus ortū so-
le, decem ho-
rarum umbras
Gnomon uno
die geminavit.

d. Reges à Ma-
nasse agere di-
scant pœniten-
tiam & Baalis
aras uel tādem
abolere.

e. Religiosus
& prudēs Io-
sias fuit, regnū
ab omnibus i-
dolorū abomi-
nationibus pur-
gauit, nec est sus,
non suerit diutius in populo, qui se Dei esse iactitabat, tole-
quod in eo de-
sideres, nisi
quod ad po-
stremū, opū &
uirium suarum
fiducia, bellum
aduersus Aegy-
ptios suscepit,
in quo periret,
magno Hiere-
mie & piorū
omnium luctu

cim Iudæorum principatibus, duo in Iudæa sunt, quibus, ne alia-
rum decem tribuum instar, perderentur, dati magni iterum sunt
prophetæ, & pīj monitores. Datur ad resipiscientiam satis ingens
etiam annorum spatium. Quin & Deus ipsos, ut in patrum re-
traheret uestigia, Ezechiam regem glorioſa nobilitauit uictoria,
patribus dexter in omnibus periculis adfuit, uotaq̄ eorū exau-
diuit. Quæ benefacta, ut nouis miraculis hīc faceret testata, cur-
sum solis tantisper retardauit, dum ^a Ezechias cum paucis suis co-
pijs, Assyriorum tyrannum, numerosissimo exercitu formidabi-
lem hostem, infugam uersum persequeretur & iugularet. Erat,
quando furebat immanitate ^b Sencharibus, desperata Res Iudai-
ca, nec somniare audebat Ezechias, se tantam hostium uim & po-
tentiam posse frangere, nisi angeli Dei, incusso hostibus terrore,
Iudæis tulissent suppetias. Et ad eam pugnā ^c Deus præter natu-
ræ rationem, diem prolongasset. De quo admirando solis phæ-
nomeno, certum & singulare Dei erga Iudæos significante fau-
orem, gratulatus postea Ezechiae est Merodachius rex Babylonii-
cus, qui Claudio Ptolemæo Mardocempadus dicitur. Assyrijs
hoc iam repressis auspicio, poterant qui Ezechiam secuti sunt
^d reges, imperij sui fines extendere, & amissum Israëlis decus re-
parare, si pari studio sibi fauentem Deum seruare uoluissent.
Manasses, uirum Dei Esaiam (cuius suasionibus pater feliciter
paruit) occidit, quod prædictisset parum grata, quanquā ea qui-
dem, ut euentus postea commonstrauit, uera. Iam ex ījs, qui post
Manassem regni habenas suscepereunt, unus ^e Iosias præclarè sa-
tis se gessit. In cæteris nihil sani fuit, quippe qui supplantata legis
seueritate, disciplinaq̄ patrū, hostes in suam ipsorum perniciem
irritarunt. Et prophetas comminantes iram Dei & regni rui-
nam propter oppressam religionem, contumelia affecerūt, eoq̄
licentia processerūt, ut impietatis, audaciæ & confusionum cur-
gauit, nec non suerit diutius in populo, qui se Dei esse iactitabat, tole-
randus. Ut ibi igitur infelices Iudæi experientur, quid sit cul-
tus contra dictatam ex ore Dei formulam instituere, quid & sit
ob insolentiam & multiplicem perfidiam recidere in calamito-
sam fortunam, ut, dico, & pia illa sancti Hieremiae sollicitudo &
studium, simul & eius ipsius de excidio & captiuitate diuinatio,
ueritasq̄ effulgeat clarius: mittitur Hierosolymam tāquam pre-
cio ad dilaniandum & subuertendum conductus, ille ex singu-
lari quodam Dei consilio fortis & magnus Nebucadnezar, qui

cum toties delusus antea à Regibus Iudæe esset, iratus templum
& urbem

& urbem, direptis prius opibus, incendit, soloq; æquauit, regios filios reliquit
liberos ante Zedechiæ patris oculos trucidauit, ipsiq; postea palam impios
effodit regi oculos, & principes ac populum abduxit in ter- & regni Iudeæ
meras pestes Babylonicas. Nec dubium est, quin oppugnatione ea, totam loachinum &
semel gentem suisset perditurus, furorem huius nisi Deus co- Zedechiam.
hibuisset, & populi sui, diu quæ dissimularat sclera tantum- f. Iechonie
modo punire statuisset. Salmanassar funditus subuertit Israëlis patrius fuit
regnum. Nabucadnezar regnum Iudeæ subuertere totum non ultimus rex
debuit: obstabat enim oraculum quod diuinus uates & patriarcha Iudeæ.
Iacob Israël edidit, de sceptro Iudeæ non antea tollēdo, quām g. Moschiab,
è cœlo mitteretur ^{גַּם שָׁמָן}. Necesse proinde, fuit ut regiæ domus id est unctus
dignitas & familia, in dura & diuturna ipsa etiam captiuitate & oleo sacerdo-
populi dispersione, inter hostes, & infinita pericula seruaretur. tali, sacerdotes
Quæ quoque causa est, cur captiuis & afflictis Deus in spem & ritum Christi
consolationem, tot egregios dederit Prophetas, tot in exilio, sa- hauserunt, un-
pientia, pietate, & iustitia eminentes uiros: qua gratia, gentis in cti seu Christi
Deum alitur fiducia, extremæ non significatur ^{τελεσθεία}. Sed testatem habē-
audire iamdudū expectas tempus, quo speciosissima illa templi tes pronunci-
moles, unà cum urbe, ex fatali prouidentiæ decreto, redacta est andi de pecca-
in fauillas. Evidem uereor, ne absq; casu id simus deprehensuri, que sanè potest
computatio enim hīc satís lubrica & anceps est. In chronicō ope- stas regalis &
re Eusebij, leguntur à prima templi extractione ad undecimum longè ampli-
annum regni Zedechiæ, quo dirutum & incensum est, anni qua- sima est.
dringenti & quadraginta duo. Hebræi, annos numerant ultra h. Iechonias
quadringentos tantum decem, ^{רְבִנִיָּה} inquit Dauides Kimhi rex Iudeæ.
^{תְּשֵׁשׁ הַיּוֹם עַד שְׁנִית} Rabini nostri dixerunt primam do- Iochim pater
mum, quod est Solomonis, stetisse annos quadringentos & lechamæ quæ
decem, quem numerum finiunt quidam, anno ante urbis & er in imperij
templi excidium undecimo, quo se h. rex Iechonias pressus obsi- consortem ascii
dione dedidit, & unà cum præcipuis in aula & urbe captiuus est uit, monstrose
abductus. Extat in regum historia successionū in Iudeæ & Israëlis impius fuit, ua-
principatu tanquam quidam index, quem video contextum esse
uel ^{τελεσθεία}, uel certè locis aliquot ita inuolutum, ut cdm ex eo
multi supputent, in supputatione non multi tamen concordent. i. Confusa hic
Sunt, qui Ioram & Ochosia regibus Iudeæ, adnumerat annos chronologia
uiginti nouem. Sunt rursus qui tantum nouē. Atq; hi qui nouem in hoc Ocho-
illis tribuunt, calculo ducto per tempora quæ à quarto Solo- ps Solomonia
monis anno ad undecimum usq; Zedechiæ decurrerunt, annos regniq; scep-
inueiunt quadringentos triginta, & menses insuper sex, à qui- trū devoluitur
bus si septem nunc illos auferas, qui inter condendum expolien- ad posteros na-
dumq;

dumq; absumpti sunt anni colliges tēpli Solomonij maiestatem, annos stetisse quadringētos uiginti tres: qui quidem numerus in quæstione hīc nobis est, & ad mundi indagādam ætatem, possimū à nobis etiam eligitur, quod parum aut nihil à veterum

3350. Anno abducitur omnis Iudaice iuentutis flos. Inter quos fuit & Daniel. Anno in le tertio abducuntur cū Iechonia captivi decies & septies mille, inter quos fuit excuso animo Mardonius & Ezechiel. rabinorum sententia discrepet. Puto autem horum, hac in re, fidem non esse respuendam, tametsi certe non uideo, qua euidentia probare suum hunc numerum, ex sacra Regum historia, possint. Videntur Babylonicam captiuitatem incipere anno , ante urbem euersam , undecimo, quo Iechonias cum matre, ex aucto regno cedere cogitur, & cum multis simul millibus Iudæorum, à Babylonis abducitur captiuus. Magna ea erat profecto calamitas. At quæ paulò post secuta est, longè fuit maxima & miseria. Spoliatur, incenduntur & uastantur omnia, ruit templum, ruunt prostrataq; in cinere iacent urbis propugnacula, & exornatissima ædificia, mactantur regij pueri, uincti (ut pecudes) abducuntur aulæ & urbis proceres, ciues, matronæ nobiles, & de plebe iuuenes senesq; propè absq; numero. Migratio seu dispersio hæc, dici nostris cœpit translatio Babylonis, quam in ultionem diuinæ iustitiae, Hieremias non modò prædictis, spacioq; annorum septuaginta definiuit, sed & oculis ipse suis, miserabilem rerum Iudææ faciem (uti eam ridentibus & adhuc florentibus Iudæis prædixerat) uidens in Thremis deplorauit.

Babylonicæ captiuitatis anni quando inceperint, quando sint & terminati.

Vaticinium
Hieremias editum anno mūdi 3324. Implementum uero anno 3364



Aiore nituntur ratione, qui τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος ordinuntur à subuerso templo, quām qui uel à tredecimo anno Iosiae (quo uaticinatus propheta est templi & regni internetionem) uel à capto Iosiae filio Iechonia, eam etiam auspicantur. Multa sunt enim argumenta, uoluisse Deum, ut posterior hæc captiuitas & dispersio (quæ urbis & templi, regniq; adeò totius comitata est excidium) ceteris impietatum prius sæpe inflictis pœnis, sit memorabilior. Nullius fama prius tam latè dimanauit ad plurimas gentes, perinde atque huius. Et puto, septuaginta ex hoc principio inchoatos & ad Cyrum usq; deductos annos, non obscurè quoque indicare, quando suum hæc sortita sit initium. Nam ubi noua Iudaici populi, patribus iam mortuis, pullulasset in exilio seges, ac septuagesimus captiuitatis annus appeteret, diuino fit numinum fauore & respectu, ut Darius Astyagis Medorum regis frater, quo cum Cy-

cum Cyrus (qui Astyagis nepos fuit) Medorum regnum per uiginti circiter annos commune habuit, imperio prorsus exuertur, ac Cyrus rerum solus potiretur in oriente. Cuius cum nomen dudum magnificè à prophetis celebratum esset, idq; Iudæi non ignorarent, cœperunt tanquam ab interitu respirare, & mortuo iam Dario, de libertate sua quoq; cogitare. Sub Dario Medo nihil audebant sperare, multum uero pollicebantur sibi de Cyro, quod oraculis proditum inueniebant, feliciter illum res ingentes esse gesturum, & beneficium simul erga populum Dei futurum. Quorum utruncq; euentus uerum commonstrauit. Quos enim bello adortus non superauit, Balthassarem primi Nabucadnezarî nepotem interemit, regniq; uniuersam potentiam transtulit ad Medos, mox deuicto Dario, ad Persas, quam monarchiam instituit, ut in sacris uaticinijs erat prænunciatum. Danielem scribitur è Darij rapuisse manibus, cum occupassent euertissentq; iam decantatissimam pariter ac opulentissimam illam regum Assyriæ sedem Babylonem, quæ sesquimille amplius annis, gentium tâquam unica in orbe uictrix fuit. Et memoratur singulari in Iudaicam gentem suis pietate, ac in precio habuisse Danielem, aliosq; ex Iudæis dextri ingenij uiros, quos benevolentia & muneribus sibi coniunxit, persuasum tenens, Deum Israëlis propitium sibi fore, populū si huius tueretur, opeq; subleuaret. Quā maximē uidetur imbibisse opinionem, ex eo quod animaduertebat gloriosos suos labores & fortunas procedere & gubernari, ueluti de his aliquando consiliorum Dei conscius Esaias præfagiuit. Nam (ut dixi) uaticinia de Cyro circumferebantur multò ante, quam in mundum ille nasceretur. Putadum itaq; est, non casu, sed quadam Dei prouidentia accidisse, ut septuagesimus Iudaicæ captiuitatis annus, in primum Cyri, quod est in Persicæ monarchie principium, inciderit. Nec ualde nos turbet, quod historici uarie hic iterum supputent. Hæc quam nunc amplectimur, Iosephi & quorundam aliorum, quos carpere equidem non ausim, sententia est, à qua non sinamus dimoueri nos, donec quis adferat probatiorem. Constat extraq; omnem (opinor) controversiam est, Iudæos sub Cyro infelicem suam sortem commutasse, diuq; speratam consecutos esse libertatem. Et quamquam ingrumente bellorum turbine, in regiones procul remotas auocatur Cyrus, ac senex, facto impetu (ut memorie quidā produnt) in Massagetas, mortem etiam longe antequam ad auitas sedes & fortunas Iudæi remeauerant, in conflictu oppetiunt: nec Cyri

Cyri uirtus in Cambysē successore filius erat, nec aliquid in eo quoq; spei repositum. Quia tamen finita annorum septuaginta castigatione, Deum ad se conuersū iam iterum habebant, non poterant non fortiter illas perferre exiliū reliquias, quæ à primo anno Cyri, ad secundum Artaxerxis Persici regis usq; durabant.

Septuaginta amplius annis tolerarunt Israelite captiuitatem, nec tam adorarūt auream Babylonici regis statu, Deo obedientes magis, quām magistrati, cui seruerant, quod patientiā exēplum utinam multi his temporibus imitaremur.

Potuit autē in hac mora, in hoc (dico) Cyri principis optimi desiderio, id eis potissimum esse solatio, quod sentiebant se Deo esse curæ, quod hostes uidebant suos, alias cæsos, alias sub iugo durissime premi, & illam Cyri erga se manere efficacem, etiam à morte ipsius, benevolentia. Cui debebant & hoc maximè commodum, quod latè sparsi, quoties libebat, cōuenire poterant ad sacra, simul & ad deliberationes de restituenda politia, de urbe condenda & restaurando templo, ad cuius facienda fundamenta, miserunt Cyri nutu & præsidij in ludæam multa hominum millia, quod cùm ex uulgata chronographorū opinione factum esse primo anno Cyri memoretur, uidemur in eo ipso haud temere nos septuagesimum Babylonicae captiuitatis annum terminare.

Anni à soluta captiuitate Babylonica, ad consummatam noui templi structuram, quadraginta sex.



Memorabili illa primi templi ruina, ad initia, quibus accepta restauratio est, numerantur in Paralipomenon libris, anni septuaginta. Paulò uero antè diximus fundamēta huius iacta esse sub Cyro, à quo, ut noua Deo domus, pro religionis & institutorum ratione, extrueretur, dimissa statim sunt (ut numerum expressit Eusebius) quinquaginta hominū millia. Sed temporibus parum tranquillis, lente opus processit. Interruptum duturbatumq; aliquoties id fuit, à circūfusis gentibus, à uiciniis præcipue Samaritanis, qui iniuissimè tulerunt impetratam populi postliminio reuersi libertatem & incrementum. Nec coērceri uis incursionem facientium toties potuit, nec surgere structura in altum, quantumlibet ingens ibi opificum esset multitudo. Res igitur cùm defensionem & opem flagitaret, & populus quadraginta duos iam annos post primū Cyri, inter peregrinos hæsisset, sperassetq; restitutionem pertinaciter, Sumūt (mōstrante remigrationis modum Deo) animos sibi principes & seniores, ac cum uniuerso suo populo iter, ad promissionis possidendā teram (cuius uidēdi desiderio tam erant diu capti) ingrediuntur. Historiæ ostendunt migrationem suscepit hanc esse secundo anno Darij Histaspis filij, quem legimus

a Achanaano illo Nohæ nepote & Chami filio accepit terra que Palestina nunc dicitur nomē initio Cananæa: postea cū sanctissimi Semi posteritas terram eam occupasset (ejectis Chanaanis) cœpit dici Iudea, & promissionis terra.

gimus fuisse Cyri φαρερόφορον, in maximum regem uirtute postea euectum. Non desunt, qui ad Artaxerxem eam referunt. Adeò sunt caduca & fluxa mortalia, ut ne monarcharum quidem ordine & exquisitè annotatos annos, in ullis propè historicis reperias. Vter horum autem fuerit, seu Artaxerxes ille Μαρξέης, seu Darius Artaxerxis avus, ^a oportuit eum ad bene merendum de Iudæis ualde fuisse propensum: quippe quos non armis & editis tutatus tantum est, sed & iuuit commeatu, dignitateq; insuper; & muneribus ornavit Zorobabelem Iechaniæ regis nepotem, & pontificem Iehoschuam sapientia & uitæ integritate uirū insignem: penes quos duos, cùm esset à reditu, & etiam antequā reditum adornarēt, rerum summa: & Persa templi ædificationē suppetijs benigniter promoueret: & illi, Deo chari illustresq; ui-
b. Esra, id est auxiliū.
c. Id est, consolatio Dei.
 ri, ^b Esdras, Zacharias, Aggæus, & ^c Nehemias infatigabili studio hoc agerent, ut templi ædificio celeriter ad finem perducto, ueris cultibus populo Iudaico Deus reconciliaretur: euenit tot tantisq; præfectorum & artificum conuersis simul in unum hoc opus uiribus, ut quod quadraginta duobus prius annis perfici non potuit, primo iam quadriennio perficeretur. Sub Cyro uisi Iudæi sunt plus satis feruidi, & impetu peccasse. Solet autem fre-
 quenter accidere, ut qui initio nimium festinant, sero ad finem perueniant. Solomon suum condidit & expoliuit septennio, his consumpti in extruēdo sunt quadraginta sex anni, τεσαράκοντα καὶ ἕξ (dicunt secundo capite Ioannis, Iudæi) τεσσαράκοντα μὲν διὰ τὸν πόλεμον, τὸν δὲ τριπλάσιον, τριπλάσιον τριπλάσιον: tribus tu diebus eriges templum hoc, quod quadraginta sex annis est extrectum: Et quanquam in extrectionem hanc tantum temporis est collocatum, scribitur in Esdra tamen, Seniores quosdam, cùm forte opus iam absolu-
 tum spectassent, plorassem, prioris memoria: cui uidebant nouum illud pulchritudine & splendorē nequaquam respondere: ta-
 metis constat, secundam structuram fuisse quoq; raræ
 cuiusdā magnificentiae & dignitatis, etiam mul-
 to antequām nactus in Iudæos imperium

Herodes, templum & urbem ex-
 ornauerit & ampliauerit
 sumptibus uix æsti-
 mandis.

Durationis secundi templi suspecta apud Rabinos supputatio.

Quod שְׁבִיתָה שְׁנִי עַמּוֹר תְּבִשְׁתִּינָה (inquit rabbi Kimhi) ר' מַאוֹת וּב' שְׁנִיהֵל בֵּית שְׁנִי Rabini nostri uno omnes ore affirmant secundam dominum annos stetisse quadringentos & uiginti, ubi quingentos & sexaginta tres & menses insuper octo, nos ad subuersiōnem, scilicet à Tito factam, numeramus. Non desunt, qui ducto ex historicis probabili satis calculo, ultra quingentesimum octuaginta sex numerāt; tribuentes Persis, initio sumpto à sexto Darij, annos centum & octuaginta quatuor: Alexandro & Syriacis regibus, centum sexaginta sex: Machabæis, centum triginta: Herodi, triginta duos: temporī inde ad extremam templi internectionem euoluto, septuaginta quatuor. Vide quanto dirimamur hīc interuallo, sesquicentū amplius annis plus ipsi supputamus quam Rabini, quorum omnino suffragaremur sententiæ, nisi primū gentium historiæ refragarentur: deinde, nisi palam quoq; esset quanta in Talmudicis libris filio Dei irrogetur contumelia. An cūm nihil mendaciorum quosdam ibi ex Rabinis puduerit, absurdum erit suspicari, inuehere illos studuisse de oraculorū tempore caliginem, ac data opera mutilasse annorum mundis seriem?

a. In signis hec quoq; synago-
ge est peruer-
sus, quod ad Simonem iustū
illum, à quo de-
scenderūt Ma-
chabæi, refici-
at omnia, que
in Hierosoly-
mitano Thal-
mude comme-
morantur de
Simone Iusto
pontifice, qui
Christū in ul-
nas accepit, mi-
rificè confun-
ditur sermo de
duobus, qui du-
centis penē an-
nis inter se di-
stant.

In libro quem פְּרִזְרִיךְ (quasi dicas Capitula patrum) inscribunt, memoratur, adorandus noster Iehoschua, fuisse discipulus Iehoschuæ eius, qui filius fuit Perachiaæ. At si patrum ibi attente inspicis ordinem, ac quo quisq; uixit seculo computas, uidebitur inter rabinos פְּרִזְרִיךְ aut etiam filius huius עַזְזָחֵל proximè Machabæorum tempora attigisse: isto consilio, si qui in Iudaicis synagogis enutriti sunt, annos mundi decurant peruerseq; & malitiosè, quod quidam solent. Ambiguū nobis tempus faciunt, ut omnium illorum, quæ inter mortales Christus agens gesit & docuit, fides in hominum pectoribus debilitetur: quia cum his sacrarum prædictionum nulla esset congruentia, cæcitate merito in suum ipsorum exitium confirmantur. Esto sanè, ut supputantes à prima rerum origine diffidamus citra errorem attingere nos posse articulum illum, quo orbis renouator ē cœlo ad nos descendit. Et in mensurandis insignibus quibusdam temporum interuallis, æquè ut Iudæi aberremus à scopo: indubitatum tamen est, collimare multò nos proprius ad punctum, quam ipsi. Et iuuat acquiescere in quadam hīc propinquitate: nec magni refert,

fert, quod inexplicabile forsan est, anxie persequi. Sed hīc non uideo tamen, cur tam paucos inueniant annos inter templo impositam (ut ita dicam) coronida, & tertium annū Vespasiani, quo suam templum habuit periodon. Recte si annos pontificū numerant, sumpto exordio à reuocatis in templū cæremonijs, & tubarū in ea reuocatione clangore, suum hoc quadringētorum & aliquot præterea annorū reperiunt fermè tēpus in pontifice & duce Ari stobulo illo sanguinario, qui primus post Iechoniā βασιλικὴ dia-dema, siue ἐρδυμα resumpsit, proq̄ antiqua gētis nobilitate salutari rex Iudæa uoluit. Hūc qui in regno seculi proximē sunt, insano, tumultū per annos haud multò infra septuaginta uniuersam con turbarunt Iudæa, nec grassari in se armis mutuò desierūt. Donec Herodes Romanorū auxilio, ciuiles istorum furores, iugesq; pugnas, tāquam ē cœlo missus ultor, compesceret, sceptrumq; in se trāsferret: quod obiter adiūcio, ut æstimari hinc possit, quām me reantur fidem posteriores Rabini, ubi temporum momēta sunt constituenda. Utinam in Septuaginta preciosos illos de arcanis & profundis scripturæ sensibus ab Esdra relictos nobis libros, non horridiora intulissent portenta. Memoriæ proditum compērimus Talmudicā, magna ex parte aduersum Christianos esse consarcinata; temporibus fortè quibus Iudæi montes sibi aureos de suo illo in צְבָא nascituro, natoq; tandem, sed frustrata spe Moschia pollicebantur. Sunt qui scripta ea esse ferant ducen-
tis paulò minus annis post natum Christum, quo ferè tempore
orta quoq; noua illa deuterosis appellata צְבָא est. Et quis ue-
rō credat Rabinos non uersasse ibi sursum & deorsum omnia, ut
Iudaicum populum, ab ipsis ueluti radicibus pridem perditum,
iamq; pulsum, etiā in exilium, & latè per Romanī imperij terras
dispersum, cōfirmarent, arcerentq; à sacris Christianorum, quos
odio & probris insectabantur acerrimè, quantumlibet interim
essent aerumnosi? Nihil uerat igitur quo minus multi credant, de
ætate mundi annos plus minus ducentos à Talmudicis primū
autoribus ueteratoriè subductos esse, ut nulla uenientis Christi
maneret nobis ad Prophetas respondentia. Quam nostrorum
de Talmudicis Rabinis suspicionem, si Iudæi friuolam esse con-
tendant, age, eos iube ut tueātur (si possunt) perspicua aliqua ra-
tione ipsorum placita, quorum certè permulta sunt parum pro-
bata sanis iudicijs. Nec audiamus dum iactant, debere nos ipsis,
hoc quicquid est notitiæ de temporum ex prima usq; antiquitate
ad nos repetita continuataq; ratione. *Vetustioribus fateor de-*

*Mischne, est le
galis paedago-
gia ueluti re-
texta.*

bemus plurimum, qui priscæ sapientiæ monumentorum propagatione orbi profuerūt. Sine quibus de primis seculis, seu (ut ita dicam) ab originibus, quid posset esse nobis cognitum? Malam cōtrā debemus gratiam illis, qui coelestium mysteriorum libros explicare adgredi sunt, absq; uerbi deiluce, quam in occiso Christo amiserunt.

Gens h.e.c, cū religione rerū cognitionē & iudiciū anīsit.

An potest homo in reconditis huiusmodi sensibus, alienato iratoq; Deo, aliud quām despicere, hallucinari & errores spargere? Ostentat uastæ magnitudinis uolumina ludei, quibus infelices aduersus Christum innituntur. At non uident quæ apertissima ex euentu sunt, & in quibus omne situm est momentum, umbris ac nebulis uirulentissimè esse tecta, & ob-torto ueluti collo in diuersum tracta. Quid igitur non retinerentur in tenebris, obruti maledictione, cùm sint & luminibus orbati, quos pro antesignanis habent? An est exiguum hoc cæcitatis argumentū, quòd synagogæ cùm uideant tot seculis sua & ruere & damnari dogmata, nemo in his exoriatur, qui ad examen illa reuocet, & prophetarum sensus, si non omnes, saltem aliquos doceat ex uaticiniorum collatione, ad euentus & tempora esse accipiendos? Mosis & Prophetarum percensere uerba, multi memo riter possunt: non uero cernere in his possunt, in quo salutis suæ præsidium sit collocatum. Quo minus mirum est, tam tenebris circumfusam gentem hanc, latè quoq; à temporum ratione & ueritate dispare. Variant enim à nobis, ut suprà commemini, annis amplius ducentis: quo calculi modo sentit Rabi Moses, in opere, quod patris sui nomine יְהוָה inscrispit, templū sub Vespasiano dirutum esse, anno mundi supra tres chiliadas octingentesimo uicesimo octauo, uel (si alijs consentit) octingentesimo tricesimo quarto. Nos & si de principio ad unguem inueniēdo diffisi, ungues diligentiorum hīc extimescimus, arbitramur haud magni tamen esse negoti, colligere ex uetus annalibus, articulatim numeros, qui manifestè conuincunt, & mundum remotius habere initium, & secundum templum esse quoq; quām Iudæi somniant, annos ius. Atq; id, ne cui uideatur temerè à nobis dici, recurramus paulisper ad tergum, & experiamur an quod de templo potissimum ætate Iudæi adfirmant, olympiadum rationi sit consentaneum. Fuit consuetudo Græcis annorum seriem deducere, à prima olympiade, quæ (uti nos hīc cōputamus) incidit in annum millesimum, centesimum octuagesimum septimum, quo tempore sedit ad Iudaica gubernacula Ozias, ut nunc sane momenta haud exquisitè satis constituamus. Ex initio illa sunt deinceps

deinceps exacto quarto quoq; anno celebrata ludorum & certa-
minum spectacula: non quod equidem putauerim, uoluptatis &
præmiorum gratia, magis, quam ut in solēnibus huiusmodi con-
gressibus multa grauiter & utiliter constituerentur, & sua prin-
cipes renouarent foedera, & inter se gentes cōsociarentur: quod
quidem delibandum hīc duxi, ut studiosi uideant Græcorum hi-
storias, nō esse admodum antiquas, nos cogere ad credulitatem,
quæ in hac gente redolent uel Euandri uel Saturni seculum.
 * Troiana illa toto decantata orbe expeditio, memoratur fuisse
paulò ante uel circa tempora Samsonis. Sunt qui dictitant totam
ipsam esse fabulosam. Opinor autem uerti idcirco in dubium,
quod poëtæ de expugnatione decennali hac canūt. Quia Dion
Prusensis sacra Ægyptiorum fultus historia, pulchris ostendit
rationibus Græcorum exercitū bello uictum & fugatum à Tro-
ianis esse, nec ab eo Ilium esse excusatum & dirutum: utrum ho-
rum pro arbitratu tuo uel credas, uel neges, in nullum sanè ma-
gnūm incurres discrimen. Aristoteles censet Homerū, qui Ilium
fortasse unus & condidit & destruxit, prognatum esse ex tali ali-
quo genio, quos *Δαιρονες* eruditū uocat Apollineos: quo tempo-
re, non satis liquet: sunt qui Dauidis ætate, aut etiam ad initia re-
gni Lacedæmoniorum floruisse eum arbitrantur. Quomodo-
cunq; sit, magnum aliquid supra communem uatum sortem ha-
buisse uidetur, quod poëma huius, nulla scriptum cura: sed è sa-
cris, tanquam effusum præcordijs, siue inde potius excussum,
omnis iure mirata sit ætas. Et omnes ex eo nati apud Græcos pri-
mū sint philosophi & poëtæ & artium aliarum cultores. Necq;
enim sola ibi conspicuntur rerum humanarum omnium simula-
chia, uariaq; uirtutum & uirtiorū exempla, sed & disciplinarum
quocq; sparguntur semina (quæ quidem cæcus ille texit omnia)
sub uerborum & fictionū uenustissima specie: ante quem haud
facile nominaueris alium, qui tāta canendi suauitate & gratia, in-
geniorū uim per Græciā excitauit & inflexit ad ciuitatis & lite-
rarū colenda studia. Mercurius ^b Trismegistus, cuius titulo cir-
conferuntur quidā eruditis non ignoti dialogi, appareit Homero

a. Troiani bel-
li incertum tē-
pus est. Existi-
matur à ple-
risq; fuisse cir-
ca annū mun-
di 2800. Quo
tempore putat
nōdū à cadmo
literas, quas ē
Phœnicia ille
detulit per græ
ciam esse diuul
gatas. Et sunt
qui Musas di-
ctasse Homero
carmina sen-
tiunt, ante lite-
rarum usum,
quod ipse non
facile tamē cre
diderim. Su-
das Cadmū fa-
cit iuniorē Or
phæo. Nemo
eum autem, in
niorē Homero
ficit. Orphæi
philosophia,
tradita de ma-
nu in manū est
tantisper, dum
Cadmus scri-
bere Græcos
docuit, quod
circiter mediū
seculorum fa-
ctum quidam
arbitratur. Va-
ticinatrix Ni-
costrata Euan-
di regis ma-
ter, que Latio
literas intulit,
Cadmo nō anti-
quior est. Palā

est itaq; scriptores Græcos & Latinos, non posse certare de antiquitate cum Hebreis, Babylonis, Phœnicibus, Aegy-
ptijs & Samaritanis, à quibus propagata in gentes est scribendi forma, Greci & Latinis suas literarum figuræ mu-
tuati à Phœnicibus sunt. Quæ ut nihil initio discriminis inter se habuerint, diuersitatem in ipso postea usū tamen ac-
ceperūt. Suas aliter pinxit & protulit Cadmus notas quam Euandri mater. Latinas pingunt rursus aliter Lögobardi,
Goti, Germani, quam Carmenta docuit, sicut & Græcas aliter Dalmate, Hamaxobite, Roxolani & alij, quam pra-
scripsit Cadmus. In capitalibus Græcorum notis, conspicitur aliqua adhuc cum Latinis similitudo.
 b. Trismegistus uetusissimus gentium theologus.

a. Autor libri
sufficientie, siue
Solomon siue
q[uod] u[er]o iam alius
sit uetus est,
un decimo capitulo docet Deum
creasse ex di-
sposuisse omnia in mensura
numero et po-
dere: quod no-
dixisset, uisit So-
lomonis tempo-
ribus philoso-
phati docti es-
sent in nume-
ris. Nullus fuit
albus Pytha-
goras, cum re-
rum genera et
semina dicerentur,
instar nu-
merorum atque
ac uni-
tati et punto
compararetur
uis seminum, li-
ne et linearis
numero semi-
num ad gene-
randum diffi-
fio, numero
corpori ac fo-
ratis numeris,
natura ex ma-
teria et forma
composita.

esse posterior. De poëtico illo, qui ex Ioue & Maia natus est, de eis nostro quoque illo, quem Mosi συγχέοντες diximus extare in litteras relatum nihil potest. De Amphione, Lino, Apolline, de eis illis alijs, qui inter Thraciae montes, diuinitatis opinione exceluerunt, & naturae arcana, iuuantibus Musis, quod est, feliciter aperuerunt, cecineruntque. Obscura fama est, longe uero obscurissima de Prometheo, Orione, Atlante. Et est Orpheus, quem Gedonis seculo philosophatum ferunt, fabulis penitus contextus totus. Qualibus obnubilatur & Aesculapius, ad quem genus suum refert Hippocrates noster. Quo certe iniquius illi gloriae detrahunt Hebræorum, qui in tanta hac uetusiorum Græcorum nebula, unam tamen Græciam prædicant disciplinarum omnium esse & inuentricem & parentem, cum quidem neminem proferre Homero antiquorem possint. Ante quem Græci uix uidentur cum suis literis scribere potuisse religionum sacra: ferè notis tantum hieroglyphicis & aphonis symbolis adumbrabantur. Poëtae, qui & sacerdotes fuerunt, omnium primi cogitationes suas mandare literis tentarunt, sed illas admodum tamen parcere, & quidem numeris seu uersibus: à quo scribendi genere, si posteritas non recessisset, paucioribus malis libris mundus oneraretur. Longe post poëtas loquacem fecerunt sapientiam Græci, ibi sonae et lineari iutis iam uersibus, ingens illa philosophorum, rhetorum, mathematicorum, & medicorum apud Græcos turba (quæ profectò multiplici legum, præceptorum & doctrinarum lumine multas orbis partes illustrauit) tanto annorum spatio, non dico Apolliniano, foris nem & fabulosas Musas, sed ipsum secuta est Homerū: ut tempore corpori ac foras si conferas, uideri recentes Græci scriptores omnes possint, ex natura ex mattores, quos Origenes, de septuaginta illis perpetua serie delectis in Hebræa gente uiris loquens, non dubitauit consiliarios Dei

b. Thales Mile appellare. Solon, ^a Thales, ^b Pythagoras, & pauci quidam referuntur in antiquissimorum ordinem. At si Chronicis annotatoribus fidem damus, non possunt antiquiores esse postremis ludeo- adeptus laude regibus illis, quos sustulit Nebucadnezar, quasi id totum egisset numinum prouidentia, ut Iudaicæ clades initia essent incrementis sapientiae Græcorum. Porro ætatem horum, quos inter primos iam memorauimus, si æstimandam ex Nebucadnezare ducis, in promptu erit, quo tempore claruerint. Siquidem Nabopolassar, Aegyptijs dictus Babylonij imcircumscripsit, et multorum perij habenas accepit anno centesimo uicesimo secundo, post Salma-

Salmanassarem, quem constat Assyrījs imperare cōcōpisse olympiadē septima. Ptolemæus nōst̄ Salmanassarem hūc (ut obiter quoq; hoc dicam) appellat Ægyptio sono Nabonassarem, & à regni ipsius auspicio, quasdam motuum cœli supputationes deduxit, quemadmodum & Eclipses ab eo supputatæ quædam extant, ad tempora Mardocempadi, cuius paulo supra de Ezechia dum loqueremur meminimus. Neq; uero regum horum solummodo ætatem nobis Ptolemæus cōseruauit, Epochas motuum constituēs, sed & tempora idem nō præteriuit, quibus mortuus est Alexander Macedo, & Cæsar superato Pompeio, Romanorū potestatem in se unum transtulit, quæ cùm certa habeamus, potest leui opera, Rabinorum de templi duratione refutari computatio. Ptolemæus non fallit. Tempora omnium annotauit: motuum causa exquisitè quæ scrupulositas hīc tamen non requiritur. Nabonassarem statuit consecutum imperiū esse anno post olympiadū initium uicesimo septimo, & die insuper ducentesimo quadragesimo septimo. Nos ubi septima id accidisse olympiadē dicimus, annum in tot redundantium dierum locum, integrum reponimus, & eum quidem ciuilem, seu usitatum, quod Ægyptij anni, quibus ad obseruationes cœli Ptolemæus, patrō more, usus est, conuersi ubiq; hīc nobis sint ad anni rationem, quam magna & sua & Sosigenis solertia, Cæsar instituit. Hinc si igitur spectamus iam ad priscos illos Græcorum sapientes, quorum gratia temporum petita, à Ptolemæo hīc nobis potissimum fides est. Coniecturam facimus perduci primū ab his Asiam cōpisse ad doctrinarum culturam circiter quadragesimam olympiadā. Ante quām putandum est præcipuum fuisse in magna Asiæ parte studiū circa Hastam & Aratrum, haud fortasse in Attica minus quām apud Lacedemones & alios.^d Sexta olympiade cōdita proditur esse Roma, cuius quisquis annales euoluit, non ignorat quām à se tardè barbarie ipsa situm deterserit. Circiter ducentesimum ab urbe condita annum, petitæ ab Atheniensibus primū sunt duodecim tabularum leges, quas in dicendo iure Romani sequerentur. Quam putas ciuitatis fuisse effigiem ante importatas legum huiusmodi formulas, & quasdam humaniores artes? Quam effigiem totius Italiæ: Camilli, Fabij, Scipiones & alijs bello & pace clari illustrarūt Romanas res quingentorum & plurium annorū interuallo, post urbis originem. Postq; adeò Romulum, cuius nativitas uidetur incidisse in olympiadū principium. Quo minus mirum est, tam esse duo hæc primordia dili-

regnorū mutationes, quæ in Asia subfortitæ sunt, magna cum certitudine & admiratione inde p̄dixit.

c. Annum Cæsar ad motum solis constituit opera Sosigenis Mathematici, quem ex Aegypto rediens secū duxit.

d. Condita Roma, augurio scribitur 4. anno olympiadis sextæ, undecimo Cal. Maij, sub exortum hyadum, quod incidit in annū mundi 3189.

e. Grecia latit dedit leges & artes, que prior artes accepit ab Hebrewis & acceptas mirificè dilatauit.

genti studio conseruata, tanto & consensu in hoc ascita recepta^{cum}
ut nihil historiæ habeant memorabilius: tempora uetusarum re-

rum unde deducant quām olympiadum & Romæ originem:

Duo supplementa
tandorum tem-
porum limites.

iuxta quem modum traditur Nabonassar, qui Israēlitas suo sub-
didit imperio, Assyriorū sumpsisse, diadema olympiade (ut dixi)
septima. Et Nabucadnezar creatus esse rex anno secundo olym-
piadis tricesimæ septimæ, & templi Solomonij sacra immanissi-
mè à Babylonij sese direpta & proculcata, tēplumque a deo ipsum
exustum anno primo olympiadis quadragesimæ secundæ. Ta-
met si nō me fugit Clementem in Stromatis & Eu&lebium, de po-

Chronologia
implicata.

steriore hoc sentire paulò aliter. Dixi prius Chronographos flu-
ctuare opinionibus, præcipuè ubi agendum est de septuagena-

riæ seu Babylonicæ captiuitatis initio & exitu. Memorati duo
censem illam cœpisse olympiade quadragesima septima: quam
ipsorum sententiam, ut quidem non improbamus, ita nostram
tamen etiam non abiçimus, donec aliqua quis euidentia annos,
quos inter Nebucadnezarem & Salmanassarem numerauimus,
confutauerit. Et templi urbisque excidium factum esse comproba-
uerit alio quām Nebucadnezaris anno decimo nono. Siquidem
firmum apud nos assensum habet, quod Salmanassarem dixi-
mus imperare Assyrijs cœpisse olympiade septima, unde proges-
si ad decimum nonum Nebucadnezaris annum, & inde porrò
ad illius posteros, comperimus septuaginta annorū exitum qua-
drare pulchrè ad tempora, quibus Cyrus uastata Babylonie, &
interfecto rege Iudæis concessit libertatem: quam deieçtis suis
iam de sede hostibus impetrare ab optimo principe facile pote-
rant, etiamsi ipsi per aliquot annos in Babylonicis terris adhuc,
Cyro, nescio ad quos Massagetas auocato, h̄erendum fuerit. De-
letis circiter sexagesimam olympiada per Cyrum Chaldæis, qui
sceptra Assyriorum, à Nino, siue etiam à Nemrodo primū ac-
cepta, sub uaria licet dominationis specie obtinuerunt imperi-
umque soli latissimè omnium per terras & maria extenderunt. In-
cœpit nouus quasi quidam in mundana ætate orbis, à prioribus
(quod testantur historiæ) plurimum diuersus. Penes Persas re-
rum erat summa, non in Perside & Syria tantum, sed & in Ægypto,
Asia, Ponto, Armenia, Parthia, & alijs procul se ad Indos
usque porrigētibus terris. Apud quos cùm magi in summa essent
veneratione, ipsi que adeo reges magi essent, quod est, eximia qua-
dam rerum arcanarum naturæ cognitione præstantes, facile eue-
nit, ut talibus propositis exemplis gentes, præcipuè in his Græci
& alijs,

& alij, qui cœli bonitate fruūtut, ingeniorum roborationem cul-
tu & labore consecuti sint, laudeçp doctrinæ euaserint celebres.
Anacreon^a scribitur floruisse sub Cyro; sub Cyri posteris Demo-
critus, Empedocles, & multi alij: ex quorum cohorte Hippocra-
tem^b superstitem adhuc habemus. Monumēta cæterorum inter-
ciderunt fermè omnia; nisi quòd conseruata quorundam doctri-
na, tamen sit in sequentiū ætatum scriptoribus: quorum alij alias
uetustatis inuentiones explicarunt, auxerunt, nouarūt: alij quas-
dam in totum sibi etiam usurparunt. Nec rarum apud Græcos
id fuit. Puto, in uitam^c si quis Deus reuocaret Persicos, Magos,
uelsapientes his antiquiores, Ægyptios & Hebræos, multa illos
in Græcorum librī agnitus esse, quæ dudum fuerint in Solo-
monijs ac ueterioribus Scholis disputata & tradita. Nec scribe-
re tot libros Græci potuissent, ^d si Israëlis patres tam locupletem
materiam differendi, rerum causis, potentijs & natura, ijs non
suppeditassent. Inter hos autem tam acres ad naturæ & recti scru-
tationem impulsus, & philosophiæ passim per Asiam gliscientia
studia, consentaneum est illos à Cyro pridem emancipatos, & à
Dario patriæ restitutos Iudæos non dormitasse. Testis esse po-
test uel una^e Esdræ septuaginta duobus librī comprehensa Ca-
bala, quid gens hæc præstiterit. Si docent (quòd Ioannes Picus
docere eos refert) quicquid Pythagoras ex Orphei monumentis
hausit, & Damæ filiæ moriens commendauit, & Plato postea
per numeros aliaçp integumenta tradidit, & Paulus noster tan-
dem apertè docuit, ac theologi apostolis proximi, antiqua tin-
eti philosophia docuerunt, & uiuis tanquam coloribus expres-
serunt, quod de lapsæ naturæ restauratore antiqui delinearunt
obscurius: equidem non uideo, quòd Hebræi, quos prisca tulit
ætas, concedere Græcis debeant. Et est sanè mirum, ne dicam
ignominiosum, pontifices in hocnon intentos esse, ut latinitate
donetur tantum hoc Esdræ opus, quod uerè díci posset aureum
flumen, seu cornucopiæ argumentis confertum efficacibus, quæ
producere in disputatione possis, cōtra Mahometanos, Iudæos,
Lucianicos, Epicureos, Sophistas, & omnes fœdè ac impiè sen-
tientes de triade in monade, de uerbi incarnatione, de peccati per
Moschiam expiatione, de pœnis inferorum, de ordinibus ange-
lorum, deçp alijs similibus mysterijs. Sed desino, quæ se ingerūt,

*a. Atq[ue] creontis insu-
bere quedam
scriptæ & re-
pertæ Ode, ty-
pis nuper uul-
gate.*

*b. Hippocra-
tes Cous, ille
avræfios ænæs
atate Artaxer-
xis Persici re-
gis floruit, &
quo & magno
ascitus precia-
fuit.*

*c. Artes re-
percunt pri-
mi ante dilu-
uium patres,
quas Nohetica
sobolis propa-
gavit primū in
Assyria, quia
in Assyria No-
has cum suis à
diluvio est uer-
fatus. Quare
& prodiū me-
moriæ est, lite-
ras semper suis
se apud Assy-
rios. Lingua
qua usi sunt,
cœpit Hebreæ
postea dici:
que quoniam
Adani & He-
breorum aliorum
innumerabilis
lingua fuit, &
in ea edita sunt
sacra de regno
Christi oracu-
la, omnium alia-
rum putanda
merito est pre-
stantissima.*

*d. Quod de quaternitate, ut de fonte & diuinitatis plenitudine in totam rerum uniuersitatem fusa, Pythagoræi &
alij disputarunt, aptè omnia Christo, uite, mortis, cœli, inferni, presentis & futuri seculi Domino congruunt.*

e. Esdræ hoc septuaginta duorum librorum opus, fuit penes Ioannem Picum Mirandulæ doctissimum principem.

præterç

præterç institutum sunt, consecuti. Et ad inchoatā illam iterum uenio temporum historiam. Scribit Eusebius, Hierosolymitanæ urbis mœnia, fossis, turribus & pinnis extructa esse, olympiade septuagesima secunda, quem numerum tribuimus nos templo à nouo iam reparato. Vrbis & murorum restauratio & Reipublicæ constitutio aliquanto posterior fuit templo. Apud Nehemiam numerantur intercursi uiginti sex anni. Nubilum discutiat pro suo quisç ocio, & qui accuratus maximè esse cōtendit. Nos probabilitate calculi præsentis adducti templum ponimus exædificatum esse anno sexto Darij, qui (ut nostra fert ratio) primus est olympiadis septuagesimæ primæ. Inde si numerare pergimus, ac Persicorum regum annos, ut reperiuntur annotati illi, aceruamus, ad secundum illum perducimur olympiadis centesimæ undecimæ annum, quo uniuersa ipsa Persarū maiestas, & quæ prius uidebatur insuperabilis potentia data, præceps in ruinam est, translata omni ad Macedones gloria. Sic ludere cum regibus Deus solet; sic diuturnum nihil sinere. Cyrus illum dotibus animi æquè ut nasi aduncitatem conspicuum, euexit ad summum potestatis & opulentiae & splendoris fastigium. Sed cuius posteri cùm molliciei & fastui in tantum laxassent habenas, ut humanæ oblitii sortis passi se sint adorari. Mittitur in humiliationem Alexander Macedo, qui infinito ipsorum attrito fractoç robore, orbis dominium consequitur. Et sicut Cyrus antea domitis Babylonij, ccepit adhucalia affectare regna; ita Alexander, Persis domitis, non cessauit alienis mundi imperijs inhiare. Qualem uero se monarcha nouus hic, in tantis successibus suis, tantaç (dico) non fortunæ, sed Dei indulgentia se gesserit, paſsim obuium in historijs est. Perijt æuo adhuc admodum uigens, claraç mors eius fuit, ut quæ maximos in orbe motus excitarit, & latissima quatuor in mundo pepererit imperia, quæ tribus tamen nō dum plenè reuolutis in totum seculis, in unum confluxerunt Romanum. Mortuus traditur esse anno supra olympiadem cētesimam duodecimam tertio, die centesimo tricesimo quinto: & à reædificato templo, centesimo nonagesimo primo. Qua mundi ætate fuit Græcia illustrata maximis ingeniorū luminibus. Plato tum docuit & Aristoteles & innumerabiles alij, qui omnes ferè arithmetices & geometriæ præsidio, in arcana cœli & naturæ profundissimè se demiserunt. Dogmata horum (ubi conquieuiscent, iam concitatæ post Alexandri obitum tempestates) & honorata regibus Musarum studia essent, præsertim Ægyptiacis Ptole-

Ptolemæis, excepta auide passim sunt, & in orbem latè propagata. Nec numeraueris facile scriptores, qui id temporis, & paucis ante Alexandrum caput protulerunt, in omni artium etiam genere. Philadelphus fertur in bibliothecam (quam Alexandriae sumptu instruxit uix credibili) septingenta millia uoluminum re posuisse. Nec uero dubium est, in tanta librorum copia fuisse, qui de magni momenti rebus, pure & sanctè tractarint, & remotissimam spirarint antiquitatem. Sed ex παῦσις, ista hic de Græcorum ingenij. Post Alexandrum indicant chronologi, fuisse noui Syrorum regni auspicia, olympiade centesima sexta: quod apud Syros & Babylonios regnum inchoauit & gessit Seleucus, is (opinor) qui dixit, Homines si noscent quam sit opera & molesta res Regi, uel solas legere & scribere in regia administratione epistolas, neminem fore, qui proiectum diadema sustolleret. A primo hoc Seleuco, si pergis numerando incedere per succedentium regum annos (quos ignorare Hebræi uix possunt) quod finitimi Syris fuerint, & hostilibus, ac penè continua ipso rum armis usque adeò pressi, ut nisi Mathatiæ senis θυμὸς ἀγριως in summo prosiliisset discriminé, & hostes, dei fretus uiribus depulisset, filiosque suos præstantes uirtute iuuenes animasset, fortiter ut pro sacrī & patrijs institutis pugnarent, erat Iudaica res omnino iterum uel ad exilium, uel ad exitium redditura. Nam cum id temporis de pontificatu grauis orta esset inter Iudææ principes seditio, omnia Syri tentarunt, ut custode pacis & religionis, ueluti è statione per septem annos remoto, imperium Iudæis uel eriperent, uel subiugatos saltem ipsos cogerent antiquare diuinitatis, quam à patribus acceperunt intelligentiā, diisque gentium sacrificare, & consuetis idola ritibus colere. Quod Syros uotum adeò tamen fecellit, ut qui potentia sua confisi, coelum armis terribabant, imperioque exuere Iudæos moliebantur: post olympiades haud sanè multas, in Romanam uenerint potestatem: quum quidem Iudæi, suum adhuc sceptrum gubernatoribus Machabæis ad Herodem usque obtinerent. Circumagebantur res humanæ temporibus illis mirabiliter, Deo uersante rotam, modis incogitabilibus. Multa in orbe nouarunt Romani, aliena paulatim captantes regna. In Iudaica politia fit οὐαὶ Ζωή. Matathias Machabæorum pater: honorem ante mortem suam, consensu omnium, assecutus pontificio & regio æqualem: quod optimus senex arma sumpserit, & contractis copijs religionem tutatus sit, animo prorsus Herculeo; nec minus gnauiter post senis mortem se gerunt

a. Greci cum desertis philosophie artibus bella gererent, et ad extremū attererentur, Philadelphus, omnes quos cōsequi libros potuit, ingēti ere ab Atticis, Persis, Barbaris, Romanis, et Arabibus redemit, et comportauit.

b. Iudei autem primi Thal mudis faciūt sicut monē Iustum, eū qui fuit syn chronus ipsi Ie hoschue Syra cho: fuit autem Simo hic annus Mathatiæ patris Machabæorum.

c. Posterior Simo Iustus in nulla neq; fama, neq; honore, apud Iudeos est: quorum pōtīfex tamen fuit, et Christū in ultis gestas, salutē ex luce cognovit. Ad hunc Simonem referunt nostri homines opus Zoharis, in quo multa, in Mose, ad euangelicam confectionem expōnuntur.

se gerunt filij, maximè in his Iudas, quem pater post se populi dum, quòd excelsò uir animo esset, designauit. Hic, ut Machabæorum historia indicat, contra Antiochum Eupatorem generose certauit, & idola uictor deturbauit, sacrilegos expulit, plurimisq; leuauit populum malis. Qui sequuti in administratione Iudam sunt, autitis ingressi uestigij, integrè proq; adeò pontificatus dignitate se gesserunt: donec saltem ex radice in nepotes transfusa uis mansit ualida. Cæterùm ubi facta illa esset in posteris hebetior, & fatalis Iudaicarum rerum periodus iam tum cœpisset in Parcarum fusis (ut ita dicam) deuolui, uenerūt in munera huius successionem, qui adeò non Dei & publicum egerūt negocium, ut ambitione, mollitie, splendore, strepitu, & tumultibus quo-uis etiam uincerent, uel antitheos, uel nulla Dei imbutos cognitione Reges. Appetebat inter hæc tempus plenitudinis, tempus (inquam) illud quod & sacrorum uatum oracula, & uersus Sibyllinos de orbis renouatione plurimos aperiebat. Sed quorum Iudæi nihil, propter ueri sensus ignorationem, magnopere curabant. Longum fuerit persequi: nec etiā pertinet, quod com-memorant historiæ, de gentis huius à patrum suorum disciplina & moribus degeneratione. Fuerunt patres ad uoluntatem Dei instituti. Illis uero ad postremum, solo nomine, Iudæis nec fuit fides, nec consilium, nec moderatio, nec robur. Pugnarūt ad hæc efferatè inter se, ruptis omnibus etiam naturalis amicitiæ uinculis Principes. Non poterant ob id sustinere amplius regni mo-lem. Et accidit his, quod in Apologo dicitur, de litem dirimente inter ranam & murem ciconia. Dum enim Hircanus *āwvdb* bel-lum gerit cum Aristobulo & filio huius Antigono, nec cedere al-hec desceptro ter alteri uel potuit uel uoluit, uidit Antipatri filius Herodes sibi Iudæ abolēdo, dæj; nouo regno Christi, in di huius opportunitate, ambitiosus & magna spirans homo, indicauit aperte uocatis Augusti præsidij, factiosam & in motu positam rempu-sancus Israël. Scias interim, Regnū domus sancti Israelis, nullo euo inte-riturum esse, si ad rem ipsam, bram spectas, ipso cessare debet adūbra-tio.

a. Tempora Iudæosq; uafricie & uiribus in tantas redigit an-gustias, ut detulerint ei coronam: quam sanctus Israël, Iudæ filio & posteris, autore Deo, tradidit. Profuit in hoc, Herodi Roma-na autoritas: sed ex fatorum clementia profuit. **Non enim exi-stimari potest, sceptrum hoc deuolutum esse ad hominem non Iudæum, aliquo fortunæ ludo. Notissima sunt uerba uaticinij, quod implere omnino oportuit. Nec uero antequam facta hæc alienatio est, mittendus in carnem erat orbis liberator. De tem-pore, si sciscitaris, regno Herodes inaugurator anno post monar-chiæ*

chiæ Romanæ auspicia tredecimo, qui fuit tertius olympiadis centesimæ octuagesimæ quintæ: inde, si retrocedis, ad centesimam quinquagesimam tertiam olympiada, qua censem Eusebius regnare cœpisse Machabæos: & ex his ulterius ad mortem Alexandri: computatione primum inuenies fuisse penes Machabæos ludaicum sceptrum, annis centū & triginta fluxisse: deinde, à morte Alexandri annos ducentos septuaginta octo, ad Cesarem: quo tempore post longas ille & uarias & dubias præliações, Romanam aristocratiā conuertit in monarchiam. Iam si huic Cæsarī ætati, quadraginta quinque annos apponimus, perueniemus ad illud temporum memoratissimum tempus: quo, ut cum Poëta, ex prophetissæ uersibus dicam, Ex alto demissa cœlo est chara Dei siboles patris, quæ summi est incrementum, terras quæ renouauit & formidine soluit. Prior ecclesia expectauerat inenarrabilem hunc filij Dei ē cœlo descensum, & annorū seriem, idcirco à promissi ipsius initio deduxit. Posterior uero, quæ promissum illum accepit, perq; eum ad cœli hereditatem admissa est, computandorum temporum lîmitem rectè ponit, sicutq; in salutiferum huius natalem: quem qui antiquitatis periti sunt, fuisse adseuerant olympiade centesima nonagesima tertia, anno insuper secundo, die centesimo octuagesimo quarto, hora duodecima: quibus ubi illos porrò addideris trigintatres annos & menses sex, per quos uerum hoc Dei numen, uerus (dico) Deus & homo, à Hieremia diserte appellatus Ιησοῦς τοῦ Θεοῦ in terris uisibilem se in omnium salutem exhibuit, olympias producitur ducentesima secunda: siue (quod idem est) annus Tiberij decimus octauus: quo constat factam nostram esse in cruce ἀντιπωτη, offerente se in uictimam filio Dei. Indubitata autem haec uel solis gentium testimonij tempora sunt. Annus Augusti quadragesimus secundus, quo natus est nobis C H R I S T V S seruator, fulsione miraculoso cometæ, Magorum ad querendum & salutandum nouum Regem excitatione, multisq; alijs miraculis est illustris. Et fertur, Origene & Eusebio testibus, Phlegon nobilis quidam historicus, planè id de repente obortis in medio die tenebris scripsisse: quod de ijsdem Euangelicæ literæ cōmemorant. Pulchre consentiunt tempora, decimo octauo Tiberij anno moritur pro peccatis mundi C H R I S T V S, quo eodem ait Phlegon fuisse tam horrendam Solis defectionem, ut meridiæ uersus sit in noctem, & cœlo stellæ sint conspectæ. Tremuisse terram, idem eodem loco commenxit, & subuersas multas esse urbes. Quo minus dubitare Epi-

Christus appellatur apud Hieremiam, Iehoua zadiquem, dominus deus iustitia nostra. Est autem uere nostra iustitia, quia peccata mundi in se recepit, patrem nobis reconciliavit, et suam nobis adscribit iustitiam, perq; regenerationem in nocet nos restituit.

curei nostri debent, de ruptione petrarum, scissura ueli, & monimentorum apertione: quando de terræ motu hæc contestetur homo Græcus, & penitus de religionis nostræ principe ignarus. Fuerunt omnino magna illa: & cantari, seu defleri potius digna miracula, quæ decimo octauo anno Tiberij, tam indignis modis irrogatae filio Dei contumeliae, & mortis in cruce ipsius acerbitate tanquam condoluerunt. Nec illa non diligenter annotata habuerunt, ut quidam ex ueteribus theologis produnt, in archiuis suis Romani. Cæterum quia uisa sunt accendere & confirmare Christianos, quos ipsi mactarunt, occultata & suppressa tantarum rerum memoria ab eis est, quanta fieri potuit solicitudine: quum interim gloriosis suis mendacij replerint omnes orbis angulos. Vedit^a poëtico spiritu aliquid Vergilius, in prophetissimis uersibus, de proximè tunc uentura mundi renouatoris nativitate, morte, ad cœlos ascensione, regni eternitate, & ad omnes mortales inde promanante lætitia. Sed quoniam tam sublimes mulierbris ingenij raptus plenè adsequi nequivit, male & stultè accommodauit quæ ibi legit omnia, etiam si interim carminis maiestate longè Latinos omnes antecellat. Opinor autem eum, ridicula illa interpretamenta sua damnaturum fuisse, diutius si uiuere potuisset, & admoneri fama euentuum, qui non longè postquam uita ipse decepsit, ad Sibyllinæ prædictionis sensum mirificè responderunt. Colligere^b ipsum uaticinij tempus, ex uersuum capitalibus literis potuit. Et præcesserūt iam tam multa signa, quæ tempus instare hoc, non obscurè portendebant. Feruntur, ad eundem modum extare contexti quidam alterius cuiusdam fatidicæ mulieris uersus, qui extremi iudicij diem^c finalibus literis adumbrant. De quibus dicere nunc nihil attinet. Reuertor ergo ad factam mentionem temporis, quo uisum Deo est arcanum referare incarnati uerbi mysterium: quod si olympiade cœtesima & nonagesima penè quarta (uti ostendimus) reuelatum est. Consequens ex constituto olympiadum principio erit: Christum seruatorem nostrum ex Virgine natum esse, anno mundi post tres chiliadas noningentesimo & sexagesimo secundo. Quidam malunt pro sexagesimo secundo, hinc septuagesimum: ut quadret numeri ratio ad quartum millenarium, in quo Mosaica lex desist, & Christus ætatem agens annorum triginta, Patris uoluntatē perficeret cœpit: quam concinnitatē, ut quidem non improbo, ita non possum ad præsens deserere. Hunc multis etiam probatum receptionum & calculum, quo prima hominum origine ad Noheticum

cata-

*a. Stichomætria
ueteribus Aegyptiis usitata.*

cataclysmum, numerantur anni mille sexcenti quinquaginta sexta à cataclysmo ad promulgatam diuinitus Legem, septingenti nonaginta septem: à promulgatione Legis porrò, ad την ἀρχὴν τῆς, ad natum dico Dei & Mariæ filium, mille quingenti & nouem. De duobus primis computationis huius interuallis, nullam arbitror nunc esse discrepantiā. Tertium metiuntur alij aliter, dum per memorabilem rerum, sāpe non satis uel nota uel certa spatia incedunt, & annos membratim collectos in summā compor-tant, quod ipsum parui puto referre tamen, nulla si magna fiat exorbitatio. Iudæi secundo tribuentes templo annos duntaxat quadringtones & uiginti, toto errant cœlo. Equidem existimo nullius calculi cursum iudicio curaç adèò expensum esse, ut certitudinem apud omnes firmam possit obtinere. Res ipsa hic tamen docet, auscultandum in mensurando curriculo hoc nostris esse, non Iudæis, οἵση τε Βαύας θεοὶ, οἵση θεῖσις. Siquidem nostri gentium historias testes habent, quæ uetus tatis notitiam continent haud mediocrem. Et quanquam in Persicorum regum annis catalogo est, nec in numerandis his par omnium intellectus, & natalis Christi dies paulò distare longius putatur ab Alexandri morte, quam nostra hīc fert cōputatio. Exiguum id discriminem tamen est. Vulgo iactatur, quæ paruo inter se dissita sunt interuallo, nullo apparent dissita esse. Si huiusmodi quædam conspicerentur in ueterum chronologia uicinitas, nihil fuisset opus diuino Hieronymo, & alijs quibusdam doctrina excellentibus uiris, nouum hac in re labore capere. In primarum ætatum numerandis annis, ultra septa transfilierunt ueteres. Necdum satis liquet, quæ res eos ad id commouerit. Sunt qui deceptos fuisse eos suspicentur in his uocibus אַתְּ בָּאֵב אֶתְּנָאָשָׁר וְנָשָׁר, quæ quiddam habent lubricum. De Iudæis Toletanis, ijs qui Alphonsini operis autores se iactant, minus mirum est, tam discrepare eos à uera temporum historia. Vanis delusi imaginibus hi sunt, propter immodicum (uti coniūcio) sapiendi studium. Inter cœlestium motuum epochas, quales ibi multas constituerunt, mundo dant initium antiquius annis amplius mille, quam reliqua Iudæorum gens in fastis nunc suis obseruat. Sic ex Iudæis alij temporum spatia arctis constringunt terminis: laxis circumscribunt alij. Et possumus in motuum octaui orbis doctrina apud Alphonsum non obscurè deprehendere Iudaica uestigia, & rabinorum quorundam deliria: quibus appetet Toletanos hos, suauiter somniasset ad omnē motus huius periodon nouatum iri mundum; seç fore iterum, si

dīs placet, felices, simulatq; prima hēc septem millium annorum
confecta periodus fuerit: tandem uero post septies septena mil-
lia, rerum omnium futuram quietem. Atque has malunt excogi-
tare uices, fingere hæc sibi somnia, & plebis ora sublinere, quām
se aliquando agnoscere, & ad misericordiæ aram configere.
Quām autem optandum esset, synagogis præsidentes Rabino\$
posse, remoto ab oculis uelo, purè semel inspicere in Mosen &
prophetas suos: quos quamdiu nobis concedunt, se impietatis
damnant, & nostram comprobant religionem. Sacri enim libri
nostrī, propheticis per omnia respondent. Nec dum conantur
detorquere in contrarium sensum mysteria, quæ tempus nobis
reddidit explicatissima. Aliud conatu suo consequuntur, quām
ut aduersus clarissimam ueritatem, stupori coniunctam, malitiā
& pertinaciā suam accumulent. Quid uero perdere uerba atti-
net, res ubi ipsa loquitur: An non illo eodem prorsus & modo
& tempore, quo promissus erat^a נָתַן (quod est, ut Dauides
Kimhi exponit, נֶבֶל id est, filius eius) uenit: quo uenturum eum
interpretes Dei præcinerunt: Paulò ante quartam annorum
mundi (uti diximus) chiliada, quod est nouissimis Mosaicæ le-
gis diebus uenit. Et anno deinceps fluente trigesimo quarto, sa-
crificatur pro nobis in cruce: quod sacrificium, nescio an δεοντος
στοι prophetæ, oculis si suis conspexissent, depingere potuissent
expressius. Desierunt in illo holocausta, cæremoniæ, festæ,
circumcisio & Iudaica latræ semel uniuersa. Nec refert à macta-
tione Agni Dei, in annos adhuc quadraginta durasse templum:
Cultus fuerunt^b omnes facti in eo iam abominabiles. Dilata in-
terim diuina tamen ultio est, ut atrocitatis perpetratæ memores
in se tanto spatio descenderent, & pœnitentiam agerent. Sed δ
pœnitentiam, prius ouillam placiditatem lupus induerit, quām
agnoscere se hæc natio potuisset, ab ea hora, qua clamauit rabio-
sæ, Sanguis eius super nos, superq; filios nostros. In singulos ita-
que dies, quum nouam exitij sui materiam Iudæi inuenissent, &
lapsi ad extremum malitiæ iam uiderentur. Euenit iusto Dei iu-
dicio, quod Christus paulò antequām figeretur cruci, non absq;
lachrymis de funestissimo templi & populi excidio prædixit.
Vbi ergo quadragesimus decursus, à mortuo, rediuiuo, & in cœ-
los assumpto Domino nostro annus esset, Vespasianus imperiū
orbis pridem militari uel manu uel industria adeptus, Titum pri-
uignum, equitum & peditum copijs instructum misit, impressio
nem ut faceret in Iudææ metropolim, in quam tum forte ex om-
nibus

a. נָתַן
partus mulie-
ris absq; patre
mortali: uide-
re autem binc
licet, Moschitæ
uerū esse homi-
nem, natum ex
muliere, absq;
uiri semine. נ
litera adiecta,
refert mulierē:
ut sit sensus, Fi-
lius eius mulie-
ris.

b. Vmbre
omnes in adue-
tu Christi euau-
erunt.

nibus terrarum partibus Iudei confluxerant. Cinxit urbem obsi-
dione ille, & ualidissime oppugnauit. Quantas utrinque accepe-
rint clades: quanta & hominum sit cæsa, fameq; periret multitudo,
sed præcipue Iudeorum, Deus quum ibi esset Romanarum par-
tium, graphicè describit Josephus. Quāquam ad magnitudinem
iræ Dei, si hīc respiciamus, apparet ipsa internecionis immanitas
multò fuisse maior, quam æquare eam uerbis, ullius facundia po-
test. Utinam historia legeretur hæc à nostris hoc tempore, non
sæpe tantum & attente, uerū & in pectora altissimè recondere-
tur. Nam rerum nostrarum quædam in ea conspicitur imago cer-
tē non obscura. Simili uesania iram Dei in nos acuimus. Nisi non
acuant & panolethriam Iudaicę similem non mereantur, qui uer-
bum Dei proculcant, surdiq; sunt ad tot coelestes admonitiones.
Perspicere in illa possumus, quid sit irato Deo caducis niti præsi-
dij. Fidebant Iudei amplissimæ & munitissimæ urbis suæ mu-
ris, turribus, apertis & latentibus fossis, propugnaculis; fidebant
numerose armatorum multitudini. Strenue etiam pro aris, focis
& uita dimicarūt. At quid hæc ipsorum profuit strenuitas? quid
dimicatio? fatale imminebat exitium sententia Dei, dudum eis de-
cretum, Romanis mandata hæc iam cura erat. A Iudeis hi repe-
tebant poenas perfidiae, uiolatæ & oppressæ ueritatis, scripturæ
abusuum, præstigiorum superstitionis, & infandæ huius in Chri-
stum & apostolos patratæ truculentia, vindicare. Hæc, ut histo-
riæ omnes testificantur, sanguine Deus solet, quo maiore studio
conuertere ad Deum se ætas nostra debet. Armis nihil profici-
tur. Nihil aduersus fatorum seueritatem homo potest. Iudei mul-
tos hostium impetus in multos menses sustinuerunt. Multos tru-
cidarunt, multis delassati stragibus tandem succubuerūt. Irarum
& consiliorum, quibus opposuerant se Romanis hic exitus fuit.
Titi milites magno furore irrumpentes in urbem, ferro & igne
ita deuastarunt, exuferunt, & demoliti sunt omnia, ut templi ac
splendidissime urbis, ne uestigium quidem reliquerint. Josephus
refert, perisse hoc bello decies centena millia Iudeorum. Egesip-
pus plura numerat, quæ ingens profecto est multitudo. Existi-
maret aliquis, ruina hac deletum fuisse uniuersum semen. At re-
stabat discrimen adhuc aliud crudelius, quodq; Iudeos audis-
queri etiam acerbius quam illud ex Tito. Intra annos haud admo-
dum multos ab accepta clade, succreuit ex reliquis gens hæc in
multitudinem iterum innumerabilem. Nascitur ibi, qui se Mo-
schiam miris artibus simularit. Illo duce grassati sunt ad amissum

regnum. Et uidentur recuperare armis id potuisse, facinus si ipso rum successisset, tantumq; si illis fuisset uirtutis & sani consilij, quantum fuit audaciæ. Sed funditus perdendi erant, unde pugnare non nisi infeliciter potuerunt. Confitentur uarijs in locis Rabini, multas tum ludæorum myriadas in Betharensi euersione fuisse ab Hadriano Augusto cæsas, multas item ab eodem in Alexandriæ finibus bello cruentissimo stratas & occisas. Haud scio an tot myriades, quot ipsi numerant, fidem mereantur. Hoc constat, postquam superati ab Hadriano Iudæi essent, ne uicum quidem ullum ipsis mansisse reliquum. Fecerunt extremam hanc uniuersæ rei suæ iacturam circiter sexagesimum annum à subuerso templo. Est subuersum autem per Titi milites templum anno à Christo nato septuagesimoquarto, ut quidem ex postremo anno integrum nunc faciamus, quem constat non esse expletum. Siquidem Christus in bruma natus est: templum uero, ut refert Iosephus, incensum est decimo Augusti die, quo eodem annos ante sexcentos octuaginta (quod profectò mirandum uideri potest) Solomonium templum à Babylonij prius quoq; euersum memoratur.

Sanctum sanctorum demissum in carnis infirmitatem membrato tempore esse, possunt monstrare etiam Danielis hebdomadæ.

Angelus seruat captiuitatis numerum, eumq; hic multiplicat per septem.



Væ uelauit arcana in septuagenario numero Gabriel angelus, tempus aperuit. Per Hieremiam nunciatur ab ipso Iudæis septuaginta annorum exilium. Per Danieliem promittitur septuaginta decursis annorū hebdomadis, סְבָעַת שְׁנָת Sanctus sanctorum & redemptio. Verborum angelī initium est, si quis forte in Daniele illa requirat, שְׁבָעַת שְׁנָת עַל עֲמֹדָה Hebdomadæ septuaginta ubi præterierint, pro populo interficietur, qui morte sua tollet omnis generis peccata. Profundi sensus & hæc & quæ sequuntur uerba sunt. Utinam ea penitiùs inspicerent, animisq; sepius repeterent, qui operum nixi fiducia, tam frigidè hodie de plenitudine iustitiae, quæ in Christo est, concionantur. Sed ista nunc sinam. Rabi ni quid his septuaginta innuantur hebdomadis, quæ annos continent absque controversia quadringentos & nonaginta, in sufficiant, astutiā ne an inuidia incertum. Credo non tacituros fuisse eos, si Daniel prænunciasset ad hebdomadarum exitum, uenturum esse Moschiam satellitio & splendore uel parem uel superiorē Xerxe aut Alexandro. Talem enim stolidi expectarant, non qualem

Qualem pingunt Prophetæ, dissidentem scilicet à Regum mundi ratione, ex diametro. Poterat qui tot uatum promissus oraculis est, post hebdomadas septuaginta illas ueniens, leui nutu, terrarum omnia tremefactare, & ad se regna trahere, ac rebelles fulmine etiam perdere. Etenim si dicto imperarit dæmonibus, si uentos potuit & tempestates sedare, & in uitam mortuos reuocare: quid non idem potuisset hostium etiam urbes & imperia euertere? Verum isto uenire strepitu & furore noluit: qui in hoc carnem induit, in hoc texit humilitate, extremaç⁹ sui abiectione inenarrabilem sublimitatem & gloriam suam, ut corporis sui pretio, in libertatem nos assereret, ut fracta tenebrarum potestate, uiam in cœlum sterneret, cœlestem impertiret spiritum, & suo nos exemplo in hac uita ad militiam instrueret patientia & crucem: uicit ille infernales hydrias, pestes, & teterima mundi portenta. Qua eadem forma uult, ut & nos, qui sub huius signis militamus, & ab ipso cognotiōnāmūr, generosè certēmus aduersus auaritiani, simoniam, ambitionem, libidinem, idololatriam, superbiam, & alios Ecclesiæ hostes. Satan innocentia non ferro subigitur, deç⁹ humanorum cordium penetralibus pellitur. Hominem uero primæ innocentiae restituit, qui ex cœlo descendit, & sumum æternumç⁹ bonum nobis non commonstrauit solum, uerum etiam ad consequendam huius possessionem, se nobis dum præbuit. Felix itaque est, qui purgatis animi oculis, in hunc intuetur: beneficia huius agnoscit & prædicat. Infelix, qui alijs præsidij, aliaç⁹ panoplia cum diabolo studet conflictari. Quippe cuius regnum nulla re amplificatur in cordibus nostris, magis quam propriarum uirium & meritorum fiducia. Nec possunt in luce uerbi Dei ambulare, qui suis (ut ita dicam) hecatombis, multum adhuc tribuunt: nec totos se credunt filio Dei, quem Pater in hoc misit, ut ab umbris & elementis, nos ad cœlestis sapientiae lumen proueheret. Verum haec iterum περὶ τὸν ἡμέραν de hebdomadis dicere, qui proposueram, quantum saltēm præsens requirit locus. Laborarunt in harum supputatione multi & nostræ & superiorum ætatum theologi. Quibus res meritò uisa est digna uestigatione. Ex quo autem initio supputari Daniel illas uoluerit, sub opinionum uarietate manet satis id adhuc retrusum. Ab alijs statuitur principium aliud: quod quisque scire penitissime affectat. Calculum de eo Theologorum ueterum & recentium omnium conferat & pensitet. Ratio numeri uidetur pulchre quadrare mihi. Siue hebdomadum harum figas terminum in

*a. Multi numeri
rāte hebdomadis has, incipiunt à latissimo
illo Esdræ, in Hierosolymam ingressu, quem affirmat factū esse anno mīni
di 3505. ante uero natum Christum 457. qui
bus fit additū 33 annos, quibus Christus uixit
in carne, erunt completae hebdomadæ 490.*

Christi ~~Incarnationis~~ natalem: siue in annum ipsius tricesimum: siue in synodon Apostolorum illam, qua legis Mosaicæ sunt abrogata opera, abrogati typi & umbræ omnes, & sacrificium in uniuersum cecidit. Ipsi sustinemus ad præsens communem numerationis morem, exorsi primam hebdomadā à templi nouissimè iam exædificati encænjs, à quibus (ut paulò suprà commemorauimus) annos numeramus ad Dei nascentem in carne filium quadragesima & nonaginta. Nec auscultamus interim tamen illibenter etiam illis, qui cōputationem deducunt hanc, non quemadmodum nos à nouato templo, sed à nouata potius urbe & huius restituta politia: speratiq; temporis huius cursum finiunt anno Tiberij quinto decimo, quo Christus inuadere & frangere primū cœpit diras inferni & mundi potentias, & que ad uitam ac salutem nostram attinent, agere, & cœleste aperire regnum. Qui hunc dant Angeli uerbis sensum, curriculum auspicantur hoc, à uicesimo Artaxerxis illius Macrocheiri anno, & inde ad occupatam à Macedonibus monarchiam annos numerant centum uiginti octo. Ab Alexandro per Ægypti Regum seriem, perq; adeò imperium Græcorum, ad Octauianum Augustum ducentos nonaginta: ab Octauiano deinceps ad decimum quintum Tiberij, annos septuaginta duos: quos ubi omnes simul aceruaueris, uidebis aptè respondere uaticinio numerū. Si certum satis etiam esset intellectum posterioris hebdomadæ, à ueræ sententiæ ratione nihil dissidere. Et nullum præterea admissum esse in congerendis annis errorem. Evidem in Persicis regibus, & in duodecim postea Ptolemæis, suum cuique ætatis spatium rectè in computationem adferre, comperio molestioris cuiusdam diligentiae esse, quām quisquam facile coniecat, qui periculum non fecerit, ex diuersis historiarum annotationibus tempus uerum, uel uero proximum intelligere.

Memoratæ Iudæorum suppurationis

Anaccephalæsis.



Ibuit prius quām ad reliquum operæ huius accingar, Iudaicam huc apponere suppurationem, ut si fastidiosior aliquis ignauiora nostra existimauerit, quām ut imitatorem mereantur. Calculum ipse etiam Rabino- rum ad examen reuocet. Ac suum tandem de temporum metis & summa (si potest) iudicium, quod comprobetur omnibus, proferat. Est autem hæc temporum partitio & ratio, ex libro qui *סֵדֶר שְׁלָמָה* Seder olam inscribitur, desumpta, & quidem huc posita

posita, ut sonantior sit in sua lingua, à qua si Iudæi patrum custodiissent religionem, nefas fortasse esset discedere. Iam ut cætera ipsorum omnia Deo inuisa & reiecta sunt, ita argumentis probari neutiquam friuolis potest. Eos etiam hac in parte esse ueteratos, & erga Christum filium Dei contumeliosos.

Quo tempore nos à Christo nato numeramus mille quingenta quinquaginta sex,

Et à condito mundo, quinque mille quingenta octodecim,
Numerant in fastis suis ludigi quinque mille trecenta sexdecim.

שָׁנָה תְּמִינָה אֶלְפָטָם וְשָׁנָה טָאוֹת וְשָׁנָה עָשָׂר לְכַרְיוֹת שָׁלֵם :
Anni quinque mille & trecenti & sedecim, ex hoc tempore ad creationem mundi sunt.

מְאֻרָם עַד חַמּוּבָיל אֲלֹה וְחַרְנוּן
Ab Adam usque ad diluuium, mille sexcenti quinquaginta sex.

מְנוּ חַמּוּבָיל עַד חַפְלָגָה שָׁמֶן :
A diluuiio ad diuisionem, trecenti quadraginta.

מְנוּ חַפְלָגָה עַד שְׁנָוֵל יְצָקָן נֶבֶשָׁה :
A diuisione ad natuitatem Isaac, quinquaginta duo.

מְלִיָּה יְצָקָן עַד לְצָאוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הַשָּׁנָה :
A natuitate Isaaci ad exitum filiorum Israel, quadragecenti.

מְצָאוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל עַד שְׁגָנָה בֵּית יְהוָה וְאֶשְׁׂרֵן רְשָׁמָנִים שָׁנָה :
Ab exitu filiorum Israëlis usque dum ædificatum est primum templum, anni quadragecenti & octuaginta.

בְּנִין וְעַמְּנִיה בֵּית וְאֶשְׁׂרֵן תְּשָׁנָה :
Ipsum ædificium & duratio primi templi, anni quadragecenti decem.

צָלוֹת בְּבָל ע' שָׁנָה :
Dispersio Babylonica, septuaginta anni.

בְּנִין בֵּית שְׁנִי אֶרְבָּעִים וְשָׁשָׂה שָׁנָה :
Ædificium secundi templi, anni quadraginta sex.

Cæterum hic limes, ex secundo capite Ioannis ascitus huc est: de quo nihil memoratur in Seder olam.

עַמְּרִיא בֵּית שְׁנִי הַב' שָׁנָה :
Duratio secundi templi, anni quadragecenti uiginti.

עַלְהָ לְחַשְׁבָּנוּ ג' אֶלְפָטָם וְשָׁמָנָה טָאוֹת וְשָׁבָעִים וְאֶרְבָּעִים עַד חַוְּבוֹן
בֵּית שְׁנִי :

Summa annorum ab Adam ad uastationem secundi templi, extendit se(iuxta hanc computationem) in tria millia octingenta septuaginta quatuor: à qua si detrahis illos etiam quadraginta sex annos, quos ex secundo Ioannis capite, ordini huic inseruimus,

Quadrageinta
sex annorum te-
pus appetet ef-
fe illud angu-
stiae tempus, à
Daniele predi-
ctū, inter Cyrū
& secundū an-
num Darij de-
cursurium.

mus, nondum respondent in numerando Iudæi ad exactum, tamen huic ex Seder olam petitæ rationi.

Anno 5320 pollicetur qui dam ex Iudeis uel Moschiam uel finē mūdi: quod tēpus de finitum putant esse apud Danielē in uocula ۲۷ que deno tat finem, & in numeris repræ sentat 190, qua si quū sol 190 cyclos perfecit: & luna suos quoq; pro ratione ۲۸۰ quiete scere cœlū oporteat.

Vides enim, si annos mille quadringentos octoginta duos, à Tito, in nostra hæc tempora decursos, addas annis ter millibus octingentis uiginti octo, prouenire quinq; millia trecentos decem: non (ut usitati illorum fasti habent) quinque millia trecentos sedecim. Sed ut parua hæc sit aberratio, haud parua tamen futilitas in conspicuo est eorum, per quos computatio hæc uires accepit. Vide, obsecro, quales à subuerso templo gens hæc prophetas habuerit. Quia redacto in cineres templo & regno, nulla spes erat ipsorum reddituræ gloriæ, profilierunt phanatici homines, qui mundi prædixerunt conclusionem & finem: unde Iudæorum in dispersione, non leuiter profectò aucta confirmataç; cæcitas est. Sunt autem uaticinia huius farinæ in Talmude multa, è quibus referre hīc tantum nunc libuit, quod hisce uerbis proditum lego,

תֵּן אֶת־אַרְבָּעָה אַלְפִים וּמִצְמָה אַשְׁלֵשִׁים וְזֹאת שָׁנָה לְקַרְבָּאת שָׁלֹם אֶת־
עַמּוֹד לְאַרְבָּעָה טָהָר שָׂרָה אֶלְקָנָה רְיוֹת בְּרוּגָה אֶת־אַלְקָנָה :

Sensus est: Anno post creationem Adæ, ducentesimo tricesimo primo supra quartum millesimum, si quis dicat tibi, Eme preciosam agrorum possessionem pro unico denario: caue emas. Causam subiicit פִּרְשׁ Quoniam (inquit) anno illo, qui est quadragesimus, tertius ab euersione templi, congregaberis ad accipendam hæreditatem in monte sanctitatis, gloriaç; ornaberis patrum tuorum, unde uilissima etiam pecunia emisse latifundia nihil profuerit.

Scholion ad uerba de Diluvio.

IN primæ antiquitatis historia, non contènenda Hebræorum Iautoritas est: qui quum non ignorent, factam hominum esse in orbis partes dispersionem, anno quo natus Peleg est, post diluvium centesimo: in memoria habent tamen & mirificam illam, quam tradunt factam esse in ultimis diebus Nohæ, circiter secundam scilicet annorum chiliada ab Adamo. Iucundum foret, cognoscere integrè posse, quod nudè hīc ipsi referunt. Oportet autem Noheticos nepotes probè nauigandi didicisse artem in diluvio, qui tam remota sulcarunt maria, & humanum sparserunt nauigando semen in terras & insulas, quæ nostri hemisphærij nautis, ad triginta amplius secula incomptæ & ignoratae fuerunt. Accepimus, nostra demum ætate apertum esse orbem, & inuētas esse terras ac insulas opibus & hominibus refertissimas:

quas

quas omnes consentaneum est duxisse originem à Noe filijs & nepotibus, quo tempore Hebrei hīc putant, ipsos se ab ingenti populorum multitudine exonerasse, & uniuersum inter se orbem diuisisse. Homerus affirmat, Phœnices peritissimos fuisse nautas, qui quum sint origine siue antiquitate primis Assyrijs parentes, & colonias multas in Aphricam traduxerint, ingressi Atlanticum mare, facile in illas noui orbis terras & insulas transfretare plantare cūp̄ humanum genus tanti nauarchæ potuerunt, in quas non ausa est ulla nautarum posteritas cogitare, donec postremis his temporibus uisum Deo rursus est, ut ex nostro orbe nautæ insuetum hoc ad antipodes iter tentarent. Quanquam tam in immensum nunc antea lucrī cupiditas est, tam & insatiabilis fames auri homines nostros tenet, ut si etiam nauigatio multò esset longior & periculosior, pauci sunt tamen qui consequendarum opum, spem uitæ suæ non anteferant.

Aliud. Si quis miratur, quónam modo haud ita diu post Noheticum cataclysmum, à tam paucis superstribus, innumerablem rursus hominum multitudine succreuerit, & in orbem exundauerit: mirari desinet, ubi progressionis arithmeticæ sequutus fuerit leges, in quæstione de hominum numero, qui propagantur, si contingeret unum aliquem primæ antiquiratis coniugem trecentos uiuere annos: ac quotannis per continuam alternationem generare, alio anno masculum, alio foemellam: ac omnes omnium deinceps proles, eodem modo progenerare ex se alias, sumpto prosemimationis initio, ab ætatis anno quinquagesimo. Etenim rectè si processit calculus, marium illorum qui intra trecentos hos annos ex una procrearentur radice: summa se extenderet ad 5359736. Iam quum totidem essent foeminae, capita^b numerarentur 10719472. Aestimare uel hinc potes, homines ante diluuium, non corporum tantum uastitate, & animorum robore ac uiribus, sed etiam numero, seu multitudine posteriarum ætatum hominibus præstitisse.

a. Ad quinque miliones, trecentos quinquaginta nouem millia, septingentos, tringinta sex.

b. Numerarentur decem miliones, septingenta, nouemdecim millia, quadringenta, septuaginta duo.

Primi libri finis.

 IACOBI CVRIONIS
HOFEMIANI LIBER II.

Temporum à nato Christo ad ætatem usque nostram deducta ratio.

 St Christianis memoria meritò celeberrimus annus, qui à Romanæ monarchiæ auspicijs currebat quadragesimus quintus. Patefactum namq; in eo nobis tot seculis absconditum mysterium est. Exhibitus in eo nobis est scripturæ oraculis promissus *μετίτης καὶ ιετης*, pontifex (inquam) noster ille, uerè Dei filius. Alterum itaq; caput iure statuitur, unde tempora numeramus, donec illucescat mundo lætissimus ille dies, quo Dominus cœli & terræ Iesus Christus, Ecclesiam suam ducturus nouo triumplo est, in æternam sanctorum innocentiae paratam gloriam. Et quia memorabiles curricolorum temporis uel limites uel tituli, qui de maximis rebus nos & admonent & *ἐπιθεωρίας* computanti apprimè conducunt, multisunt & nusquam non obuij, præstiterit lectorem modò, ut in quædam historiarum uestigia ducamus, delibare è plurimis paucos, quam uerboſe rem notam persequi. Atque hoc nomine facimus proximum Dominicō natali hīc annum redēptionis, quæ facta est fluente tricesimo quarto. Altero mox sequente cōuertitur, uocaturq; ad Euangeliū prædicationem Paulus. Viuit, à mortuo & rediuiuo Christo, Tibérius annos adhuc sex: quo tempore Christianum nomen mundo statim innotuit, sparsa de Christi morte & resurrectione fama per orbem latissimè. Anno inde quadragesimo octauo, proditum memorie est, conuenisse Hierosolymę apostolos, & Paulum dextrinæ ibi suæ contulisse formam cum ceteris. Ex narratione Pauli possumus colligere conuentum hunc fuisse octauo anno Claudiij, quem incidisse in quinquagesimum secundum nativitatis Christi, uerisimilius est, quam in quadragesimū octauum: quod nunc tamen non excutimus. Illud mirandum uidetur potius, cur scribere quidam sint ausi Petrum uenisse Romam secundo anno Claudiij, quum quidem ex Epistola ad Galatas doceri non obscurè possit, fuisse eum Hierosolymis aliquāto etiam post octauum anno Claudiij. Iam si non uanis ducuntur rationibus, qui Epistolam ad Romanos scriptam esse adseuerant tredecimo anno Claudiij, quo

dij, quo eodem captus Hierosolymis Paulus est à Lysia tribuno: ueluti Hieronymus etiam sentit, ratiocinari quisq; facile pō test: Petrum, ne anno quidem post ascensionem Domini uicesimo tertio fuisse adhuc Romæ. Quî fieri enim potuit, ut Romā scribēs, Aquilam, Priscillam, aliosq; in Verbi ministerio fratres salutarit, Petrum tantum uirum nō salutarit, cuius uidendi gratia prius Hierosolymam se conferebat: Neronis ultimo anno, qui tricesimus septimus est ab ascensione Domini: septuagesimus uero primus à nativitate, traditur Paulus capite esse truncatus Romæ: quo tempore^a & loco, si Petrus cruci quoq; esset affixus, ut de eo est uel errore uel dolo uulgata historia. Equidem non uiderem qua rationū euidentia, illos mihi quis ostendere uiginti quinq; annos & menses septem possit: quibus in urbe tyrannorum alumna præfuisse ecclesiæ dicitur. Grandæuus fuit uocantem Christum, dum ante etiam passionem sequetur. Diu hinc continuit se Hierosolymis & in Syriae urbibus. Antiochenæ Ecclesiæ, si Eusebio credimus, annis præfuit septē. Epistolam priorem ad dispersos per Asiam fratres^b è Babylone scripsit. Nec causam uideo, cur pro Babylone Romam hīc interpretetur. Quid enim à uerborum sensu alienum uideri potest, si Babylonem intelligamus uel Chaldaicam, uel alteram Ægyptiacam: iam Romæ quomodo uiginti quinque commorari annos potuit: ubi læsæ maiestatis crimine arceſſebantur, quotquot Christo se deuoueraut: & ex pluris seculorum consensus & autoritate inductam confirmatamq; in imperio religio nem contemnebant: An est in quo serui Dei laborarunt confidentius, quam in illis ipsis dæmonum maiorum & minorum aris & cultibus abolendis: Quo magis ridenda supinitas illorum est, qui dum parum expenso tempore, credūt Petrum Romæ tot annis sedisse. Bi & primis Romanæ ecclesiæ episcopis, nescio quæ templa, quas & in urbe possessiones permittas esse configant. Benignè agi secum optimi uiri putabant, si uel solummodo tolerarentur, & uel nocte saltem conuenire in domo aliqua possent ad preces, hymnos, & ad sacram ccenam: tantum abest, ut sperare urbis fauorem & opem ausi fuissent. Quanquā enim prudentes & docti homines, quales secula illa tulerunt innumeros, dissimulare haud poterant Christum rediuiuum operari in Christianis suis maiora humanis uitribus: & *καταχρήσων* magistros uirtute niti, omniq; carerer reprehēsione. Quia tamen

a. Ut Andreæ crucifixus à Nerone est in Achaia, ubi docuit: ita uidetur & Petrus suffixus in crucem esse ab eodem, sed in pruincijs, in quibus sparsit euā gelū. Cōstat autem docuisse il lud in Galatia, Cappadocia, Asia, Bithinia, Ioppe, Cesarea & Hierosolymæ.

b. Petrus potuit absens per discipulos Romanā inciperē ecclesiam.

Nocturni & clādestini Christianorū in urbe conuentus.

uirū omnes illi iuxta mundum sapientes & magni impostorum dæmonum ducti instinctibus, & catenis quasi quibusdam ipso rum irretiti, oculos fīgebant suos in mundi iudicium. De spirituali hoc negocio nihil curabant, nihil intelligebant de potentia crucis, de regno fidei & redemptionis. Maluerunt in extinctionem Christiani nominis consentire, quām sinere deorum suorum imagines, sacra, aras, & uetustos sacrificandi ritus uiolari aut tolli, indignissimum ad hæc etiam arbitrantes, ut (quod in Apologo est) leones religionis iura accipiant à leporibus, quod est ab æruminosis & iuxta speciem mendicis & erronibus. Fuerunt (quod dixi) temporibus illis homines in omni ciuitatum virtutum & disciplinarum genere cultissimi. Sed huius fuerunt ignari doctrinæ, quam Deus nobis certam de uolunta erga nos sua tradidit. Vnam hanc adspersati sunt, sine qua nihil ad futuræ uitæ gloriæ cætera omnia faciunt. Felicitatis summa est in agnitione Dei, quæ parit timorem, fidem, inuocationem, charitatem, & fructus similes. Nec alia sanctis Dei cura est, quām ut hanc sibi comparent, & subinde augeant agnitionem, qua quisquis destituitur, assentiri Deo nequit: nec quid gratum ei sit, statuere nouit. Moliti ~~admirare~~ sunt, qui ex philosophis curiosè deum, ex mundani opificij pulchritudine, gubernatione, & miraculis studuerunt uestigare. Nam inueniri & apprehendi, si ratione Deus posset, si & pro arbitrio nostro excoigitati cultus Deo placerent, nihil opus fuisset patefactione uoluntatis Dei in filio promisso & exhibito. Frustra illuxisset orbis Spiritus sanctus, cuius in religione præcipuum munus est, coelesti amore & fide accendere corda, serenare conscientias, & homines in agnita regere ueritate. Nec absque gubernatione haec & notitia Dei, religio aliud esse potest, quām infanda abominationis. Quod quum mundus non persiceret, & colendos placandasq; omnino deos tamen existimaret, nuncios misit suos Deus, primū Iudaicæ genti Prophetas, in omnes deinde orbis partes Apostolos, & Apostolorum discipulos, qui ueram, uerbo & spiritu potentes, docuerunt ~~notitiam~~, ueram Dei reuerentiam, & cultus, quales nimirum Deus requirit, & gratos habet. ~~notitiam~~ ueluti Deo maximè odiosas, damnarunt in uniuersum. Etenim in hoc se Deus nobis per Christum filium aperuit, sui propalauit notitiam, ut religionis doctrinam ipsius præscripto & uerbo traditam amplectamur: & illas omnes religio-

num

num execremur formas, quæ ex humanis sunt natæ cerebris. Quæ dico, ab exemplari, quod ille nobis proposuit, dissident: cuiusmodi nimium multi passim, etiam ubi homines Christiani nomine gloriantur, cultus sunt paulatim ex uanissimis hominum somnijs, & malis genijs inuecti. Qui quum nec ferri, nec auelli possint, adimente sensum absurditatis consuetudine, necesse est, graues oriri tumultus, & tempestates: dum hi scilicet, religionis exigunt puritatem, omnesque latræ formas, ad spiritus sancti normam exæquare uolunt: illi normam ipsam præpositos cultus, quum quidem conueniat *τοὺς σάλιους τετραπλεύτερούς*, non mathematicum gnomonem ad lapidem, & Legum canonem emendari ad mores. Similis censura fuit & tumultuatio temporibus, quibus uiri apostolici, inueteratas dæmonum imposturas & pompas in Romanorum & mundi uniuersi sacrîs detexerunt & proculcarunt: qui in certamine illo spiritum fidei accepérunt, infatigata malorum tolerantia, cœlestem docuerunt ueritatem. Et Ecclesiæ monstrata luce, passim in ipsa etiam Vrbe Roma, collegerunt. Pro tenebris contrâ pugnarit acerrime Satan, hominum deludens mentes, falsis bonorum simulachris, qui ut in rebus bonis omnibus suam conseruet *λιθολυλίων*, uarias induit formas, dira alibi minatur & terret, alibi blanditur, mali-
tiosas undique struens insidias, Romanis suasit habendam maxime esse rationem famæ & dignitatis maiorum, qui numinum beneficijs & munificentia, imperij maiestatem & gloriam adepti sunt. Reuocauit in memoriam ijs priscum uirtutis studium, præclara facta, felices successus, & illam pulcherrimè constitutam ante oculos posuit politiam, cui nullam tum orbis parem habuit. Prouenisse hæc omnia significauit, alteque in pectora impressit ex Deorum matris (Cybelis scilicet, cuius caput antiqui operis & saxi, muro templi sanctæ Mariæ Rotundæ inclusum adhuc cernitur) aliorumque patriæ numinū^a cultu: quibus quia salutem suam commendauerunt summi uiri, Romanæ Reipublicæ Principes, Flamines, Senatores, prouinciarum Præsides, & à multis seculis, Imperij ciues. Nihil dubitandum esse, quin cuncta potius subeunda pericula sint, & uel fortiter occidendum, uel gloriose occumbendum, quam ut in Romanam ciuitatem admittendæ sint Legatorum Christi persuasions, quæ non infamant tantum patrios deos, & sacrorum antistites pu-

Fidei spiritum concipiunt, in quorum cordibus lucet lumë dei, patrë ostendens in filio, ac omnes simul filij dei opes ibi patefaciens & impertiens.

a. Quos coluerunt Romæ deos tēpla ostendunt, quæ ex antiquitate adhuc Romanæ uisuntur, et dicata nūc sanctis dei sunt. Iouis, Minervæ, et Iunonis templū, nūc Saluatoris est. Herculis et Musarum, nūc S. Lucia est. Quod Veneris et Cupidinis fuit, Helena Constantini mater couertit in tēplū S. Crucis:

Mars & Venus
habiti tāquam
autores Romæ
sunt.

defaciunt: sed & in populo accendunt discordias, & politicam turbant gubernationem: Romano denique nomini ualde esse ignominiosum, ut qui prius, tot externis nationibus, quas uirtute & armis domuerunt, linguam, humanitatem, leges, disciplinam, & religionem intulerunt. Ipsi nunc in illa Imperij, potentiae & opum magnitudine, in tanto præstantium ingeniorum prouentu & numero, religionem & disciplinam accipere debeant à Barbaris, & quidem illis inermibus. Tales quædam ratiocinationes, seu cautiones, insonuerunt proculdubio in Romanorum animis & auribus, quo tempore Narcissus, Andronicus, Paulus, Linus, & multi alij, Christianam doctrinam Romæ seminarunt, & plenam turpitudinis idolomaniam prosciderunt. Nam his ferè arietibus solet expugnare mundum Satan, suumq; hunc facere. Ac desiderat profectò res uirum egregiè sapientem & fortem, qui contra tam argutas dæmoniorum principiis disputationes, & commune hominum iudicium prodire audet in concionem, docereq; & tueri, quæ Deus uult & iubet, de rebus, in quibus uera pietas sita est, doceri, illustrari: siq; usus postular, sanguine etiam defendi. Nec tam est Christiana professio uel facilis uel communis, ut quidam existimant. Qui regni sui sedem posuit in hominum affectus, perq; concupiscentiam longè lateq; dominatur in mundo, innumera argumenta, friuola quidem illa: sed quæ friuola neutiquam tamen apparèt ei, qui unise Dei arbitrio nescit committere, qui Deum nec didiscit agnoscere, nec inuocare illum uerè potest. Maxima pars hominum, argumentorum horum multitudine ista & expauida, Christo suum sinit regnum, sequiturq; secura quo longæ consuetudinis præscriptio dicit. Idq; omni, quod uidemus, seculo facit. In Ecclesiis etiam, in quibus diuini uerbi ex parte toleratur annuntiatio. Exitialis uero hæc in hominum mentibus caligo est, in qua Satan suum exercet regnum uarijs illusionibus, qui non solùm uoluptatum, ocij, honorum & opum, laqueis à uera Dei agnitione mentes retrahit: sed etiam ubi uidet expedire, singulari specie æquitatis, iustitiae, doctrinæ, & sanctimoniae. In primis illis trecentis à Christo in cœlos recepto annis, Princes Romani, studio religionis suæ, annixi sunt suppululatè Christianam opprimere. Nec dubium est, quin salutis rationem collocarint in ueneratione suorum numinum: & putarint rem se facere dijs gratam, extinctione nouæ, ut ipfis uidebatur

uidebatur, sectæ. Et populum arbitror minus fuisse osurum Christianos, si in crucis Christi prædicatione, deos quoq; co-
liuisser Romanos, aut parcus saltem illis insultassent. Hocue-
nenum afflare in pectora princeps autorq; deceptionum po-
test, sic suis potest officijs & præstigij dementare, ubi Spiritus
sancti lucem excludimus, nec erudiri & repurgari conscientias
uera Christi philosophia patimur. Nec temere appellantur cœ-
lo deturbati spiritus tenebrarum potestates, uerbi Dei lumen
auersantur, tenebrarum amant in mentibus hominum densita-
tem, quod sub illa tutò possint latitare & simulare diuinitatem,
& impios retinere confirmareq; miraculis suis: in mundo cul-
tus, adorationes, sacrificia, uota, quod tutò inquam possint sub
mentita diuinitatis & religionis specie tetris mundum replere
erroribus. Vbi ueritatis doctrina fulget, credulos nullos inue-
niunt. Possunt illorum tantum fascinare & peruertere phan-
tasmat, & eo usque cæcare animi oculos, ut putent, iurentq; es-
se quod reuera non est, qui ad monitiones de uera sapientia &
felicitate aures occludunt, cogitationesq; figunt suas in res,
quas cæca & misera mortalitas ex recti iudicij inopia, unice su-
spicit & miratur. Diuus Petrus ait, Salutis nostræ hostem cir-
cumire nos: & quos rapiat, deuoretq;, circumspicere assidue.
quod ita esse experiuntur omnes pij, in quos non desinit gra-
fari, & uenenata telâ torquere sua, donec uel retropusus & con-
fusus fuerit, uel aculeo fixo iugulauerit, uel cœlestis pietatis re-
stincto ardore, captiuas sibi fecerit conscientias: perpetuò hoc
agens, ut loco Dei in animis regnet, & adoretur, ut ea quibus
mundus adsueuit, propugnentur, & iustè in hoc se facere homi-
nes existiment. Sic initio, quum Christiani lumen Euangeli in
orbem latè diffunderent. Et dæmonum cohors sentiret aliquid
sibi decedere, multi ubi passim è tenebris in lucem emergerent
& proficerent, instillauerat Romano populo opinionem Chri-
stianos esse ~~adversari~~: & iræ deorum causas, propter quas im-
perium tum bellis, fame & pestibus affligebatur, Principes sti-
mulauerat ad Christianos tollendos, tanquam orbis pestes.
Hoc enim studio ei semper est, quo & neruos maximè inten-
dit, ut scelestis persuasionibus corrumpat eos, penes quos re-
rum sunt gubernacula. Publico infecto fonte, malum facile pro-
manat ad plurimos, quod pro naturæ suæ malitia unum syco-
phanta quærerit. Reuereri Imperatores hinc ergo louem, deosq;

alios suos cœperunt, & uanissimam Christianorum doctrinam ducere, quod præcepta complectatur, nec rationi consentanea, nec imperio congruentia. Quid enim non conspuerent, si iu-

*Præcepta na-
ture humanae,
contraria hæc
uidentur, ex fo-
la animorū in-
nata luce: opus
igitur est, ut ex
cœlesti philo-
sophia, cordi
infundatur lu-
men potentius
& illuſtrius.*

beas ferendam, non ulciscendam iniuriam esse, pensanda mala esse beneficijs, patientia uincendos esse aduersarios: eum qui maximus est, debere inferioribus ministrare; Huius generis multa habet Christiana professio, quæ quia non pingit uitia, ut uirtutes apparent, quemadmodum mundus fucare omnia sollet, damnata confidentissime est, imperij gubernatorum calculo, tanquam institutis ipsorum contraria, & ut æstimari potest, seditionis & absurdia. Prætendebatur publica ibi imperij tranquillitas, cui ut opem uiderentur afferre, utq; concitata in plebe propter religionem dissidia conquiescerent, seuerissime edixerunt, Ne quis cum Christianis habeat consuetudinem, & opinionum ex his contagium sibi accersat. Exponitur in edictis ibi etiam causa, sicut de periculo famæ & uitæ Imperatoribus eam inspirauerat; qui unum hoc modis omnibus cauet, ne homines, Dei munere, oculos aliquando recipiant, & in Veritatis cœlestis aliquem perducantur conspectum. Sed uide, an humanis consilij, edictis, proscriptionibus, & tormentis op̄ primi diuinus in animis hominum uigor possit: (Satanæ uero consilia, speciosa quidem & blanda sunt, attamen funesta, quod casus Euæ satis docet). Et an sit unquam sequuta tranquillitas, quando antiqui Serpentis instigatione pugnatum est aduersus potentiam fidei: Voluerunt Augusti Principes autoritatem in mandatis illis suis nequaquam contemni, & à Christianis leuem uideri. Contrà Christiani, nolentes animarum iacturam facere & æternam perdere felicitatem, constanter & intrepidè Christum prædicarunt, & plurimos ubiuis terrarum accenderunt in ueritatis amore palam adseuerantes, Christum Dei filium, recepisse nostram in se iniquitatem, & suam donasse nobis iustitiam, calcasse caput impij & damna ti daemonis, quem Romani & uniuersus mundus pro sacro sancto numine colerent & adorarent. Atq; in hac sententia quum cœlestis populus, de uoluntate Dei certus, fortiter perstaret, & Ecclesiæ passim multas colligeret. Ac ^b serpens animaduerteret nouum hoc, quod latè sparsum increbuerat dogma, suis suasionibus (quibus mundana perpetuò agitantur imperia) se non posse obruere. Confugit ad artes suas alias, cumq; edictis uideret

a. *Caput satanæ est potestas peccati et mortis, quam contriuit semè mulieris. i. Christus, cuius calceum, quod est pios Ecclesiæ Doctores, serpēs mordet & nō rarò interficit.*

b. *Satan, ap̄tiſſima figura serpēs dicitur.*

deret parum esse promotum, meditatur sanguinis diluum, qui autor & artifex est homicidiorum. Neque uero huic inflammarie præsidium Reipublicæ animos, difficile ei fuit; siquidem hi iam ante Christianos odisse cœperant, quod Flamines & sacra obscurarent & Imperij procerum & sapientum contemnerent iudicia, quietem interturbarent, secessionem facerent. Ad quas criminationes suggesterat portentosa adhuc etiam & uirulenta mendacia calumniator, quibus tam exaggerabat in Christianos odia, ut omnes illis temporibus maximi & minimi, qui ullam modò ciuilis prudentiæ & Imperij maiestatis admirationem imbiberunt, arbitrarentur se bene de Republica mereri, & deorum simul placare iram, si quam plurimos ex ijs qui Christianæ religionis induissent affectum, traducerent, & præsidibus necandos indicarent. His factum odij & delationibus est, ut multæ piorum hominum myriades primùm in Asia, deinde & per Europam crudeliter sint occisæ. Fertur autem, Nero, cui Simon Magus mentem excantarit (Satan enim falsos cultus tuetur & conseruat per magica miracula) quem & pro Deo ille coluit, primùm affecisse supplicio, quos audiuit salutis humanæ cardinem in Christo collocare. Sequuti hunc sunt nonnulli cordati quidem satis, & uirtute clari Principes. Cæterum tales tamen, qui imperium gesserunt haud sane magnō cum mendacium spirituum principis periculo. Hostis hic ferre potest, ut homo sit pro ratione mundi integer, & qui honestiq; cultor, prudens, fortis, eloquens, religiosus, doctus, dummodo idem inter multas uirtutes pudendæ quoquè seruiat, uel ambitioni, uel avaritiæ, uel libidini, uel superstitioni, uel inuidiæ, uel ebrietati. Multum honoris & laudis habet in historiâ Traianus, propter excellentes suas in gerendo imperio uirtutes. At uide quantum adhuc à uera mentis abest sanitatem, præter ius & æquum, sua finit autoritate Christianos innumerabiles (quorum innocentia debebat sub optimo Principe tuta esse) miserabiliter obtruncari. Si ueris illis prædictis fuisset uirtutibus, quæ agnitionem uoluntatis Dei comitantur, non permisisset falsis criminibus grauari & occidi homines, in quibus prorsus nihil culpæ agnoscebatur, quam quia Christo domino se resignarunt, & adorare amplius diabolum splendida tectum larua noluerunt. Parí pugnarunt feueritate pro aris & alijs. Numerantur in trecentis primis annis Imperatorum

plurium quām decem sāeuissimi furores, contra omnes illos, qui à Satanæ regno defecerunt, & redemptionem à Christo factam sunt amplexi. Nec uerò dubium est fuisse in his plerosq; non modò pacis & militiæ artium peritos, sed & raris quibusdam uirtutibus conspicuos. Verū ad immortalem laudem quid fecerit una, aut altera, & ea quidem fermentata uirtus & Quid tandem illa ad *κύριον*, siue ad conscientiæ tranquillitatem: regnum Dei omnium uirtutum regnum est, quod consequi homo potest, per unam à Christo donatam sibi iustitiam. sola naturæ luce & ductu potest parum, imò in diuinis rebus prorsus nihil. Causa est infernalis excetra, clancularius ille (dico) salutis nostræ hostis: cuius ingenium nosse nemo mortaliū potest, nemo ab eo sibi cauere, qui in Christum non intuetur, qui non per fidem corde in Christum erecto, sanum aliquid sapere incipit, & ueritatis tenetur desiderio: unus has dispulit Christus nobis nebulas & umbras, in quibus Proteus hic regnat. Quare à Christianis solis ille cernitur, nudatur & deprehenditur. Solos & ille Christianorum timet oculos, ceterorum quantumuis in profundum penetratē aciem curat nihil. Estq; ob hoc plus alijs infestus Christianis, quos uno omnes periret momento, caput nisi ei contudisset Christus. Minus grauius est sui peculiū hominibus, quales sunt omnes à Christo alieni, omnes sycophanticis artibus perdite addicti, omnes palam nepharij, aut simulata mundum dementantes sanctitate, quorum omnium animis inducte confirmatæq; caligini, satanæ regnum insistit, illaq; tanquam quibusdam columnis innititur. Est autem illorum in mundo hominum, qui in hoc impuritatis regni consortio sunt, pars longè maxima. Quo minus mirum est, tantum ubiq; esse uanitatis & errorum, tam nihil usquam integrū: etiam ubi respubicæ uidentur rectis institutis mediocriter florere. Ad Hebræos si retrospicimus occuparūt cathedras, & pri mos gentis uendicarūt honores pharisei: quibus, quod ex Christi uerbis intelligimus (faciendū quod in cathedralis sedentes docent, non uerò mores ipsorum sunt imitandi, uerbis docere possunt, nō exemplis) satis fuit, sanctimoniae in populo uenari opinionem, rem ipsam ne minimo quidē digito attigerunt. Græcorum si reuoluimus historias, compertimus non paucos ex philosophis fuisse, turpissima uentris & glorie mancipia, qui pallio tam & barba, raram quandam pollicebātur sapientiam, semper in ore

in ore habentes, uirtutem, honestum, summum bonum, libertatem. Ad nos tristis si descendimus, equidem non puto leuius, illos esse improbos, & minus spirare mendaciorum patrem, qui Christianam religionem mentiuntur titulis & cæremonijs: aut qui in hypocritarum detestationem, nihil aliud faciunt, quam ut tota uita, de fide, de emendando ecclesiæ statu disputatione: nec ipsi minimum tamen, quod disputatione, præstant. Atque hos in mundo tanquam antesignanos, si tam longè Satan à cognitione ueri & sancti abducit, si ad obsequendum tam illos sibi adsuefacit, & specie boni ludificat, quantum pestium censes afflari ab eodem reliquæ hominum multitudini: quantum tenebrarum offundi Barbaricis gentibus, quibus uultu mendaci pro Deo se gerit, & impuri spiritus pro ineffabilis diuinitatis numenibus se uendant. Hortor, ut hinc cogitent adulescentes, quibus ista potissimum commentamur: quanta ubique necessitas sit rectæ institutionis ex uerbo Dei: quanto orbis malo spoliatur mentes humanæ luce illa, quæ non aliunde, quam ex Christi petenda philosophia est. Hæc ubi dextrè traditur, audit populus erga se uoluntatem Dei: audit quæ cor meditatione uerbi Dei afficiunt, & ei inducunt habitum, in quem effundere Satan uirus suum nequit. Etenim qui spiritum in pectus inserenti Deo assentitur, & sibi insertum illum uera nominis Dei inuocatione alit, extra periculum erit. Armatus utpote ueris illis armis, quibus impurorum dæmonum in se torta spicula excutere facile, & in facultates retorquere poterit. Sic tuti sunt, aut in pugna saltem præualent triumphant Christiani milites, quibus si insidias Satan struit, ac sæpe eos etiam perniciose uulnerat. Quid non idem homines à Christiana pietate alienos, uaria sua inescatione caperet, ac captos percilleret, quo cuiusque uitiata natura propendet? Num hoc ubique spectat & agit hostis, ut præstigijs corrumpat hominum imaginationes, ut monstruosas ferat opiniones, ut iudicij sanitatem adimat, ut sensum eripiat morborum, quibus animus laborat, ut qui toti uitij madent, videantur sibi culpæ nullius esse conscijs, ut felicitatem uulgas metiatur uoluptate & lucris, ut libere illis, penes quos est autoritas & gratia illudat, ut deniq; subdat imperio suo mundum, cui imperare & illudere haud prosector fascinator hic difficile aut ægrè potest, quādo tam sunt multi ubiq; gentium, qui tenebras malunt, quam de cœlo lucem in pectus admittere. Malunt exoculare

Facilius semper est, quod pietas monet, et ignoramus inbet, docere alios, quam factis idipsum, quod iubetur, exprimere.

Ex hac philosophia certo statuis esse deum & illius prout dentia gerit omnes res nostras & proinde necesse, ut aliquando optimis tuis uotis & factis optimi successus respodeant.

culari multi ambitione, questu, hypocrisi, & similibus, titulo honesto tamen occultatis pestibus, quam quid uerum sit, cernere, quam opem ferenti, Christo manus porrigere, quam uitam componere ac examinare ad uoluntatis Dei in Diuinis literis expressae gnomonem. Nec uero ulla fuit unquam tam fanis moribus ætas, in qua intemperie illæ non maximam hominum partem in exitij barathrum præcipitauerint. Parcunt nemini, qui aduersus ipsas non uigilat, & in armis non est assiduus. Solent autem inuadere, & excæcare alios aliter, Seuero, Maximino, Decio, Aureliano, ac quibusdam alijs suggesserunt sanctissimum ac diguum prorsus bono Imperatore esse officium, totam semel explodere & delere funditus Christianorum gentem. Deletionem hanc esse Deorum uoluntatem, quam facere si cunctarentur, Imperij res ad extremam euasuras esse perniciem. Hoc in Imperatorum oculos fascinum ludificator immiserat. Hanc eis insibilauerat crudelitatem serpens. In rabiem ergo acti, illi rapuerunt ad supplicium quoscunq; audierant salutem suam Christo acceptam referre, nec iouis statuæ uota facere amplius, & thura incendere. Veriti, ne Respublica magnum aliquod caperet detrimentum, si non nouos hos necarent homines, quos publica execratione dignos reputabant. Quum interim idololatræ suis tuti blasphemis essent, & impunè mali. Sub his diaboli satellitibus creuerunt multæ passim per orbem in sanguine & mortibus Ecclesiæ, quas indies quum maectarentur Apostolici pectoris Episcopi, è cœlo Christus, per spiritum fidei docuit, uegetauit & conseruauit mirifice. Cuius si uigor numenq; in Ecclesia nunc languescit, fit quia Ecclesiæ incoluntatem sitam putamus esse nos in cærementijs, opibus, & extensis ornamentis, non in uitæ innocentia, in bene merendi de hostibus studio, in iniuriarum tolerantia, in opum & gloriæ neglectione, & in ueritatis cœlestis constanti professione, qualibus notis suum agnoscit Christus populum, quali & claves regni sui concredidit, immortalēq; gloriam proposuit. Et unam hanc satan tam acerbè odit persequiturq; ecclesiæ, illam quæ regnum mundi est, non magnopere afficit. A Christi siquidè ecclesia profidetur, deformatur, & in tartarum detruiditur. In mundana infundere sensibus tacite se pro Deo potest, & ostensa beneficiorum quadam quasi nebula demetare, resq; humanas cladibus misere. Hac uersutia trahit ad se mundum, totq; omni seculo furoris

*Impij sepe feli-
ces sunt in his,
qua pīj in bo-
nis non ducūt.*

*Oppressorum
clamor in cœ-
lum, Ecclesiæ
irrito diabolo
eo mundo col-
legit.*

negligence, & in ueritatis cœlestis constanti professione, qualibus notis suum agnoscit Christus populum, quali & claves regni sui concredidit, immortalēq; gloriam proposuit. Et unam hanc satan tam acerbè odit persequiturq; ecclesiæ, illam quæ regnum mundi est, non magnopere afficit. A Christi siquidè ecclesia profidetur, deformatur, & in tartarum detruiditur. In mundana infundere sensibus tacite se pro Deo potest, & ostensa beneficiorum quadam quasi nebula demetare, resq; humanas cladibus miserere. Hac uersutia trahit ad se mundum, totq; omni seculo furoris sui

sui ministros alit, qui noctem circumferunt in oculis, & splendore ueritatis offenduntur, uides quam in gloriæ ueritatis suppressionem uires suas pertinaciter intendat, quam metuat & caueat, ne aliqua sit usquam in doctrina & religione puritas, ne populus uerbum Dei audiat, & ueri amorem concipiat. Abreptis illis in tartareas carnificinas (quorum meminimus) tyran-nis, ex Diocletiano & Maximiano duos fecit subito lictores alios, prioribus non parum truculentiores, qui circiter annum à nato Christo trecentesimum, saeuitia in Christianos eosque processerunt, ut ne ipsi quidem, quamuis efferatissimi essent, conspicere amplius poterant tam miserabilem lanienam hominum, qui toti spirabant innocentiam. Diocletianus fertur in Asia, uno mense, uiginti millia hominum, qui per Euangelij cursum, conuersi ad Dominum erant, uario poenarum & tormentorum genere extinxisse, plurimos quoq; proscriptisse, & exussisse libros & diruisse templa. Simili ferocia proditur fulmina-
Disputat cum
ferro, qui ueritate non pos-
sunt inniti, sic
sunt et carnifex
ces literatissi-
mi doctores a-
pud Turcam,
se per Occidentis regna Maximianus. Propositum enim utri-que erat, semel omnes radicitus excindere Christianos: quod profecto fecissent, si quantum uoluerunt, tantum potuissent: nec sexui, nec ulli pepercerunt ætati. Quæ truculentia posset prodigiosa uideri nobis, nisi in aliquot nunc quoq; nationibus similes existerent, qui exuta humanitate, populi animas, à uoluntatis dei cognitione terribilibus propositis poenis auellunt, & Satanæ auulsa tradunt illudendas. Existimabat Maximianus se publicam procurare utilitatem, & Imperij munire pacem, si Christianos alios interficeret, alios ex toto pelleret. Oc-cidente: quod quid aliud est, quam oppressa pietate, moderatione & iustitia, pacem uelle firmare, & bene de republica mereri. Nesciebat stolidus Princeps, quibus in rebus Imperij posita salus sit. Nesciebat quem armis impetebat crudeliter, prorsus esse inuulnerabilem. Quanto enim impugnatur ueritas, in Christianis saeuius, tanto uirescit illa nitidior. Videbant hoc & admirabantur primæ gloriæ ex Thebaicis legionibus milites, uidebant gladium uerbi Dei suo multo esse acutiorem. Ama-bant pietatem, constantiam, & modestiam hominum, quos Im-peratorum furiæ pertraxerant indies ad aras mactationis. Nec iam signis cognoscebant ambiguis, Christianam religionem ē cœlo esse, & illam Gentium totam esse commentitiam, latè in orbem ab impuris spiritibus sparsam. Vnde abiecta idolorum uanitate

uanitate, Christum cupidè amplexi sunt, inq; diuorum cœtum postea etiam conscripti. Nam simulatç per fidem concepissent corde ueritatem, iustitiam, aliaq; Christi munera. Et persuasum

Militia, ministerium Dei. antea etiam tenuissent, militiam ministerium Dei esse, commen-

datum ad publicæ tranquillitatis custodiam, pariter & ad iniu-
stam uim gladio arcendam. Castra Romana sequi destiterunt,

quòd Imperatores ipsi toti in filios pacis & innocentes & uerè

Sebastianus, militia dux. pios homines furerent, Sebastianus ibi, & (uti puto) Mauritius

Mauritius Sebastiano poste rior. & multi alij, pietate ac militari uirtute præstantes, Deoq; chari,
duces & milites palam adseuerarunt, perseguitionem, quam

Imperatores in Christianos instituissent, esse ministerium non
Dei, sed infernalium furiarum & Satanæ, & se decreuisse post-

hac ex mandato Dei contra diras inferorum potestates mi-
litare. Tantum abest, ut ultrà uelint ad Imperatorum iussa fune-

stare se Deo dicitorum hominum sanguine. In hoc nimirum
persuasi, ut putarint, nullam esse uirtutē digniorem militibus,

siue (ut nunc loquimur) digniorem nobilitate, quam pro ueris
Dei cultibus certare. Atque hac in sententia quum fortiter per-

starent, inq; illis accresceret ueri Dei agnitus, ardorq; in ueros
Dei cultus: exprompsit Satan omnes suas in ipsos uiros, Impe-

ratores, & legionum cæterarum Duces & milites: omnes deni-
que in mundo suos uertit in rabiem, & in sanguinarios carnifi-
ces: quibus nulla fuit insidiandi, iugulandi, exurendi & proscri-
bendi uel mora uel requies: donec arcano Dei consilio, patien-
tia tandem uinceret, & aliquam rerum pareret cōmutationem.

Rictionarius quidam ibi imp̄ Maximiani impius Dux, cum
numero ex exercitu mittitur ad Thebaicæ legionis milites, qui

Treuirenses Christiani, sub Diocletiano. Christum confitebantur, & in Treuirorum Augusta tum habe-
bant statuua. Ingressus urbem hic cum instructis copijs, nullum

crudelitatis genus non edidit. In illos primum generoso Chri-
stianoq; pectore Duces & milites, deinde & in urbis patritios,
& in utriusque sexus plebem. Poterant autem incolumes & tu-

tí omnes tum esse: & ipsi etiam duces ac milites, poterant apud
Romanos esse in precio: & quod bello feré quæritur, præda &
lucro ditescere: si quam de Christo, de æterna iustitia, deq; Dei

uerbo & uoluntate imbiberunt opinionem, potuissent depo-
nere: siq; maximè Duces ac milites stringere voluissent ferrum
in pios homines, quos necessitas & conscientia coëgit Romana

execrari idola, quæ tanta tum defendebantur immanitate. Inter
alios

alios multos, qui tempore illo, cœlestis ueritatis cursum in ter-
ris, cum uitæ suæ contemptu, retinuerunt, celebrantur tredecim
hi uirtute & militiæ munere nobiles uiri, Palmatus, Tursus, Ma-
xentius, Constantius, Crescētius, Iustinus, Leander, Constans.
Alexander, Soter, Hormisda, Papyrus, Iouianus. Quorum me-
moriā Ecclesia meritò prædicat. Profuerunt enim Christianæ
reipublicæ, sollicitudine ueræ in Deum conseruandæ & ampli-
ficandæ pietatis. Profuerunt exemplo constantiæ & fortitudi-
nis, parati ferre omnia potius dura, quam agnитam deserere ue-
ritatem. Ad quam ipsorum imaginem, utinam Germanica &
Gallica nobilitas sæpe respiceret: achorum etiam ingredetur
uestigij, hoc tempore, quo per dæmonum & mundi conspira-
tionem uidemus religionis ueritatem dubijs ubique periculis
nutare. Si uoluntatis Dei agnitionem & fauorem retinere in im-
perijs nostris cupimus: opus omnino erit militibus, in quibus
refulgeat nobilitatis splendor, cuiusmodi refulserat in iam me-
moratis. Incliti illi duces ac milites meminerunt se Dei esse mi-
nistros, & in custodiam Christianæ integritatis iustitiæ, ac stu-
diorum Ecclesiæ positos: non dimicarunt pro tuendis opibus,
fortunis, dignitatibus, titulis. Nec Satan caduca illa magnope-
re curat, quin totus in hoc potius incubit: hocq; potius saxum
uoluit, ut Christum ex hominum mentibus reuellat, quod est,
ut lucem extinguat coelestem, ut extincta illa imponere liberri-
mè possit, & præstigiosa ostentatione fumos suos, & somnia
mundo obtrudere, & pauidas imbecillesq; conscientias, à uero
uoluntatis Dei intellectu auocare. Aduersus has Satanæ frau-
des, & strepitum & minas gesserunt Christiani milites bellum
atrox & irreconciliabile, probrofissimum ducentes, ut nobiles
animi sceleratae seruitutis, ab impuris & sceleratis spiritibus im-
positum iugum cogantur ferre: ac tanquam bubuli, naribus ab
ijsdem trahi diutius. Præclarè ergo meriti sunt de Ecclesia, qui
abdicatis cupiditatibus carnis, totos se uoluntati diuinæ submi-
serunt, & inuicti animis, cœlestis doctrinæ puritatem & lucem,
contra diras tenebrarum potestates & incursus, acerrimè pro-
pugnarunt: eamq; tandem morte sua seruatam Ecclesiæ poste-
ritati reliquerunt. Si Romæ & Athenis ornati honoribus sæpe
publico decreto, ciues sunt, quorum uirtute & industria, adiu-
tæ res patriæ sunt. Quanto censes amplioribus dignos esse uir-
tutum præmijs & benefactorum memoria laudeq; perenniore

*Quo nobilitas
respiceret
debet.*

illos, qui non modò per se studio innocentiae & pietatis flagravunt; sed & ferreis & turbulentissimis temporibus, ausi sunt, in bello moto contra Christum & eius Ecclesiam, cum hostibus congregati: & apostolicis armis instructi, generose certare, propter secreta consiliorum Dei ratione, patriam nostram, quae Ecclesia est, capitum suorum discrimine, redimere, huiusque gloriam sanguine vindicare. Demus fuisse in gentibus nonnullos, qui uerlantes in ciuili consuetudine, omnes suas, ad rem publicam iuuandam & ornandam uires exhauserint. Nec se passi sint per prauas cupiditates à recto dimoueri, quemadmodum etiam Stoicos haud ignoramus aliquantulam partem sapientis sui, quem descripsierunt, uita expressisse. At quid potest hæc ipsorum *θεοφυσια*, hæc bonæ naturæ impulsio collata ad animorum generositatem, quam parit uoluntatis Dei agnitione? Quid arrogare sibi homo potest, ad Dei respiciens iudicium? An putas istos quondam præstantes & heroicis uiros certi aliquid statuere potuisse de uita æterna, de regno Dei, de uera gloria, de fauore Dei erga se, de arcanis mundanæ gubernationis causis, qui nescierunt optimas in homine uires esse deprauatas, & impietatem sedere in uoluntatis & rationis arce? Non tam ut cæteri reperarunt humi: contemnere potuerunt opes, & splendida mundi deliria, supraquæ reliquorum mortalium sortem, multa cogitare & sapere: quid tum postea? Consciëtias horum, si quis ad ueri iudicij normam reuocasset, inuenturusque utique in his ille fuisset, crassissimam ignorantiam & contemptum Dei, inuenturus fuisset *πλευτία*, cæterosque occultos animi morbos. Nemo enim in naturali illa deprauatione & cæcitate, quæ agnata est humanæ carni, conari potest ad uitæ ueritatis & salutis lucem. Amare Deum potest nemo, qui nec eum nouit, ne huius cognitam habet uoluntatem. Constat multa & magna ingenia, sam expectant, quum uiderint ad honesta nitentes, miserabiliter affligi, & palam malos florere: huc lapsa esse, ut dixerint, aut Deum non cerneret tot mala & iniurias, aut iniquum esse illum, fortunamque temere uersare omnia. Atque hanc opinionem quando imbibuntur sapientes, quique bonæ naturæ ductum sequuntur. Quid in cordibus suis dicere putabis reliquam hominum multitudinem, mus Dei populus, cur hostes ueritatis profferantur.

*Fidētes uerbo
Dei, patienter
salutē promis-
sam expectant,
quorū uero fidē-
des promissio-
nibus Dei non
innititur, tenta-
tur a diabolo,
dicunt in cordi-
bus suis, si su-
mus Dei popu-
lus, cur hostes
ueritatis pro-
fferantur.*

Quid in cordibus suis dicere putabis reliquam hominum multitudinem, oculos figentem suos in mortalium fata lancibus tam iræqualibus expensa? Cedò an non uel unus hic Epicurismus ampliter & copiosè testatur hominem absque illo diuinitus misso, nobis lumine?

in hominum animis corruptionem Christiani. Quare ad monstratum portum hi confugierunt, summam rerum deferentes Deo, ut sibi quidem illam uult Deus deferri, utque uoluntatem suam nobis patefecit, & ad salutem uiam indicauit, extra quam nemo gloriam adsequetur immortalitatis, nemo intelliget cur pios sinat premi saepe calamitatibus & trucidari, fascinorosos uero exaltari. Valeant ergo omnes hic *ιθληστεια*, omnes orbis religionum & cæremoniarum species, sacra, pompæ, statuarum adorationes, & quicquid est usquam, cum quo numinum iras placare ærugo mortalitas studet: spirituali opus ibi renascētia est: opus restitutione naturæ nostræ est ex cœlo, quod est innocentia & iustitia filij Dei, per quem homo primū conditus est. Humana iustitia nihil hic facit, nihil illa habet uel sanum uel sanctum, ut quæ in oculis Dei sordet. Nec preces nostras ille audit, in quibus fiducia mediatoris non lucet. Vult autem omnino agnosci & inuocari & celebrari a nobis Deus, quippe qui hominem per alium idcirco condidit & redemit. Ceterum non uult agnosci & inuocari aliter, quam ut ipse se in promisso & exhibito filio reuelauit: que reuelata Dei sapientia & uoluntas, ut in terris ad æternam omnium salutem retineretur, & in ecclesiis propagaretur. Potest nullius lingua exprimere satis, quantopere laborarint, qui sub signis Crucifixi militarunt, Diocletiani, aliorumque ueterum tyrannorum ætate: quanta perpessi sub illis sint, quam egregia specimina fortitudinis ediderint, non sinentes ueritatis Euangelicæ confessionem extorqueri sibi ullis cruciatibus. Faxit Domini & liberatoris nostri pater Deus optimus maximus, ut constantiae & insuperabilis huius sui roboris imitatores, in his nostri seculi pietatis & omnium uirtutum ruinam secum trahentibus turbis inueniant. Nam & tempora iam sunt, & deteriora adhuc ingruunt, in quibus nisi multisint, qui spiritu fortes, odiorum flamas in Christianæ doctrinæ puritatem, restinguere sanguine suo malint, quam simulatoribus sanctitatis, sophistis & tyrannis se addicere. Extinguet Satan illud, quod de cœlestis doctrinæ & pietatis lumine in occidente reliquum est, per Epicurismum & hypocrisim; quemadmodum idem Orientis ecclesias perniciosis dissensionibus primū turbauit, mox in ambigentibus animis noua erexit, ueritate obnubilata, idola, cultusque & errores portentosos stabiliuit tyrannide. Intueamur ergo in exempla, & uel solis Græcæ

nationis periculis admoniti Dominum oremus, ut in praesentibus Ecclesiæ dissidijs & motibus angelos mittat, qui cœlesti intelligentia & luce humanorum pectorum tenebras discutiant, & altum dormientes expergefacent, terrarumq; Principibus, Euangelij ueritatem commendent: causamq; agant Dei Apologeticis, quales scripsierunt Aristides & Quadratus ad Hadrianum, Iustinus martyr ad Antoninum Pium, Melito Sardensis ad Antoninum Verum, Tertullianus & alij ad alios. Qui si libris in Christianæ integratatis defensionem scriptis, Ethnicos à sœuiendo auocarunt: quid: An minus commoueri nostri, æquitate rei poterunt: Quos decebat (etiam si id essent quod dicuntur) pios Reges Ezechiam, Iosaphaten, aliosq; in promouendo cœlestis ueritatis cursu uincere. Est quidem non difficilis hodie dijudicatio, qui Deo cultus placeant, quis & in praesentibus discordiarum tempestatibus sit petendus portus. Et experimur tamen, quām difficultem illam nobis Satan per argutiarum magistros faciat. Densorem ubi inuexerit mentibus caliginem, qualem sub inexplicabilibus illis dissidijs inuehere indies pergit, minis, sœuitia, fraudibus, & necessariorum ad Ecclesiæ studia alimentorum subductione: futurum est, ut Aquilonis & Occidentis nationes, amissò fidei spiritu, Christianam religionem, aut nullo cum fructu simulent, aut fidei doctrinæ subuersa in totū, cæcitate & dementia laborent nihil leuore, quām laborant nunc Asiani: quoq; quondam Ecclesiæ multas sanctorum Christi ueritatem sanguine suo contestantium myriadas pepererunt. Quod obiter hic commemoro, ut recordatione ueterum Ecclesiarum, quæ omnes nunc extinctæ, & per detestabilem Paganismum oppressæ iacent, in nostras hodie Lector inspiciat. Asiaticas erudierunt magna ex parte Apostoli, Aphricanas & Ægyptias uiri Apostolico spiritu pleni. Quid est igitur: inquis. Cur defecerunt per tantos collectæ & institutæ doctores: Dicam. Alienatur impietate nostra Deus: nec requiescit Spiritus ueritatis, ubi locus ei per avaritiam & ambitionem & perfidiam negatur. Sæua hæc mala, ubi in hominum cordibus radicata coalescunt, exturbant pietatem. Exturbata pietate subrepit suis comitata delirijs superstitione, quæ Ecclesiæ pestis & mors est. Defectionis itaque ipsarum aestimemus causas, ex nostrarum quarundam degeneratione. Consistere ibi Ecclesiæ non possunt. Non possunt, dico (ut faciem suam

suam etiam seruent externam) uegetari & haurire uires ad inuocandum nomen Dei , ad prædicandam ipsius gloriam, ad uerba uitæ cœlestisq; linguae intelligenda arcana, ad animorum sanandos morbos , ad impios profligandos dæmones: ubi qui in apostolici muneris successione sunt, doctrinæ sanitatem non custodiunt. Vbi errata, non illa cura, illo studio emendantur, sicut initio sunt emendata. A synceritate scripturaræ ubi receditur, & ad affectus nostros illa detorquetur, ubi deinde satanæ inundant mendacia. Vult enim ad se unum respici Deus. Nec ferre diu potest uoluntatis suæ in nobis irreuerentiam & uiolationem. Vult autem ut quem misit nobis in uitam, ueritatem, salutem & uitam, recipiamus; ac toti eum spiremus. Impertiuit in hoc ecclesiæ catholicæ uirtutum & gratiarum omnium spiritum, ut commonistratore & duce illo penitissimè homo cognoscat & amplectatur filium missum, qui patris Dei est & uoluntas & nostra simul iustitia, per quam æternæ uitæ gloriam p̄ij consequuntur. Nouerant uetus & celebres illæ quondam Ecclesiæ hac opus esse nobis ad salutem, gratia & iustitia. Nec extra Christum posse quenquam ambulare bona & secura conscientia coram Deo. Sed uide quo tartareus Proteus sycophanta ille & perpetuus ueritatis ac gratiæ Dei hostis paucorum seculorum decursu rem deduxerit, in quantas angustias coegerit Ecclesiam. Ferrum gestant in pectore, quibus tantorum excidiorum memoria metum non incutit. Neque enim arrogare plus ipsi nobis possumus, quam Orientis populi sibi aliquando potuerunt. Quo propius ad finem mundus accedit, hoc magis crescent mendacia & fraudes. Quibus si ueritatis & charismatum cæterorum omnium largitor spiritus excutitur, ut exuti illum necesse est. Equidem non video crescere Ecclesia unde possit, cur & non oporteat de sorte huius indies aliquid decidere. Latet in insidijs Satan, cui non difficile est, abalienato Deo, possessionem capere. Periculum itaque est, ne & nostras breui sit in ius suum redactus Ecclesiæ, quemadmodum Græci, Ægypti, Syri, & alijs huius concederunt uiolentia, quo tempore Romana potestas in Orientis prouincijs concidit. Nunquam enim hostis hic quiescit. Capitibus se affigere sollet tenacissimè. His meditatur laqueos, alijs alios. Populum nullo cum negotio uincit, præsides ubi captiuos tenet: excubias ubi illi remittunt, nec ad uastationem statim per seditionem &

Haurire uires
dicitur, qui
quem Deus in
sanctis suis cur
sum & morem
seruare solet,
animaduertit:
fauorem & au
xilium Deus
permittit: sed
non præstat
quod promisit
nisi uarie in af
flictionibus te
tatis & in lu
cta fide testan
tibus: ac præ
cœlestis pro
bitatis amore
deserentibus
mundum, pa
triā, liberosi

gladios procedit. Nebulas prius in doctrinam cœli intuehit, respertit in hominum corda & linguas uirus, & uasta rixarum instruit incendia. Eoq; paulatim contendit, ut ecclesia, qualis in sa-
cris descripta literis est, deseratur. Ac noua, que nihil fructificat,
adeficitur: in qua agitare, nutu ille suo plurimos potest & insa-
nabiles reddere. Hac uia uenitur ad arma tandem, & inde ad
defectiones à ueræ religionis imperio. Potest autem ferre Sa-
tan omnis generis cultus, qui quidem instituuntur extra gra-
tiam & Christum. Huius unius in hominum cordibus domi-
nantem agnitionem, quanta odij acerbitate persequatur, ostendunt abundè satis, omnes omnium temporum suscitati illi ab
ipso perturbatores, qui impuro ore, receptissimam sanctorum
Dei, de Christi diuinitate, gloria & officio sententiam, & salu-
tis nostræ rationem, prauis euertere opinionibus studuerunt.
Expendas, obsecro, cuiusmodi sit illud, quod molitus nequissi-
mus ueterator & *ματύρων*, hoc est, dum Imperij coronam
Deus anno, à nato in salutem nostram Christo, trecentesimo
& undecimo detulit Constantino. Quem quia sensit excitatum
esse Principem, ut Christianorum causam sustineret, Ecclesiæq;
nutritius esset, & contra Maxentium ac Licinium imperij con-
sortes, paganismi uiires frangeret, coepit cogitare de serenda me-
tendaq; alia messe. Nam clauam ubi uidit sibi extorqueri; & à
Constantino fundi illos suos, qui incredibili pertinacia &
odio, aduersus prædicationem crucis flagrabant, & rerum scæ-
nam in Imperio mutari, uitia & deformitates suæ religionis,
suorum flaminum & omnium ordinum, quos sibi habebat ad-
scriptos detegi, conspici, & rideri: omnes prauorum spirituum
legiones & copias producit in aciem: ueritus, ne detegatur &
nudetur (uerbo Dei fulgente) totus. Nam in caligine, & ani-
morum cæcitate, magnus & admirabilis tantum appetet. In lu-
ce proditur, quemadmodum multa Patrum ætate, sanctitatis
speciem & numen ostentarunt, quæ in luce nunc perspecta in-
terioris, impurorum dæmonum schemata fuisse deprehendun-
tur. Tenebras ergo quum mundus amet, Arrium hominem a-
cutum & captiolum, suum tanquam ibi fecit *πρόμαχον*. Hic li-
te mora, tenebras in salutis doctrinam inuexit nouas, & eas
quidem tam densas, ut si id temporis Ecclesia nixa non fuisset
tot atlantibus, tot uerbo Dei instructis Episcopis, impurus
homo ille, genuinum Spiritus Sancti de Christi Diuinitate

&

& *oīcī*, intellectum nobis totum perueritisset. Congessit enim omnes rationis absurditates, quibus probaturum se confidebat, Christum esse non modò non *¶ rū dōmīnū lēt mārēl æqua-*
lem, sed plane etiam creaturam. Nec uisum dissidium hoc admodum atrox est ijs, qui in Scriptura nihil supra hominem sapient. Quod unum tum maximè quærebat Serpens, qui tanta iræ significatione ridiculas & infandas nugas suas, ut prius tueri iam non audebat, nec Christum inuadere etiam aperte. Itaq; cùm sint omni seculo pauci, qui fide & recto corde Deum inuocantes, clauem accipiunt, qua cœlestis scientiæ aperiuntur mysteria: plurimorum uero animi semper in dissensionibus ancipites sunt, & uarij: non mirum fuit, huius per Arrium à diabolo motæ factionis contagium, multas celerrimè occupasse nationes: & exiisse post amissos Romani imperij limites & alias orbis mutationes, tandem in delirium Mahometicum.

Habebat quidem Ecclesia, quo tempore Constantinus deorum aras, per Græciam, Aegyptum, Persidem, Asiam, & Romanos euertit haud sanè paucos sanctitatis & doctrinæ famâ celebres Episcopos, quorum ministerio lux ueræ doctrinæ & accensa est, & Arrij explosa damnataq; insanía. Et tamen inter illos tot doctrinæ Dei custodes, multa Satan leuia ingenia quoquè impulit, ijsdemq; fœdè abusus est ad retinendum spargendumq; contra Ecclesiam scelestum hunc errorem, quem Principum & Episcoporū fauor non parum postea etiam aluit. Quid autem idem non faceret his ultimis mundi diebus, tanto ardens odio in ueros Dei cultus, in ueram inuocationem, quando cœlestis doctrinæ lumen extinguerem conatus est: dum multi adhuc essent, qui uocem Dei circumtulerunt, & illustrarunt: qui conscientias de magnis rebus erudierunt, & fidem confirmarunt pijs exemplis? An in tempora illa intuens, uidereclare non poterit Militantis Ecclesiæ imaginem: non uidere quanta necessitas hodie sit uigilantium custodum doctrinæ Dei, in tanto hoc publicæ disciplinæ easu, & orbis ueterno?

Sed pergere & uenire libet ad Constantium, Constantini magni filium, eum qui contra Alemannos nostros bella gerens urbi in Acronij lacus, littore non incelebri, à se conditæ nomine reliquit. Pater moritur anno trecentesimo tricesimo nono, qui Christianis fuit, quod Cyrus, imò quod Iosaphat, aut Nehe-

mias Israélitis. Constantius autem quia patrocinatus est furori Arrianorum, non potuit Ecclesiæ species sub eo admodum esse bella. Plurimum omni seculo refert, quales sint orbis Principes, an intelligentes sint uoluntatis dei. Fontes si sunt uenenati, facile ad multos transit uenenū, sicuti Cōstantij huius ætate contigit. Sub quo, etsi falsa numina, clausis templis latere cogebantur, & Christianus haberi ipse maximè uellet: quia tamen ad hostis perniciosa commēta & astus parum fuit attentus, uerbi dei gloriam plus læsit quam prouexit. Athanasius is, cuius symbolum in Ecclesiis passim legitur, cum paucis quibusdam in labore & solitudine Apostolicæ functionis per hæc tempora occupatus, magno se ardore & conatu Arrianis opposuit. Episcopi reliqui, inferente se in penitissima illorum uiscera, malo genio, remiserunt excubias: & ad dominatum iam, ac ad mundi opes respicere cœperūt. Nota est historia de Libero Episcopo Romano, qui quum diu fuisset Orthodoxus, maluit tandem Athanasij causam deserere, quam Cæsarem habere sibi infensum. Videbat enim quanto premebatur odio Athanasius, quam Cæsar acerbè ipsum persequebatur. Victoria mansit ad postremum tamen ueritas. Mortuo Cōstantio reuertitur Athanasius Alexandriam, sexennio quum iam apud beatum Paulinum, &

*Athanasius a
pud Treuirois.*

alios pios in Treuironū metropoli exul latuisset. Et quanquam ad sedem, unde pulsus erat, reuersus, uarijs agitatus est contumelij, & insidijs petitus uarijs. Infracto tamen pectore, causam Christi pergit sustinere, quo ad plures Deus in Apostolico ministerio excitabat, qui partem oneris in humeros suos receperunt. Successit Constantio in imperij dignitate Julianus, circiter annum trecentesimum sexagesimum tertium: qui non multo antequam salutatus Imperator fuit, à Constantio accersitus, in auxilium contra Francos & Alemannos ad Rhenum memorabili pugna cum Alemannis conflixit. Fertur, in ea ad Rhenum pugna, sub Juliano militasse diuus Martinus, & Romana castra inde sequutus esse in Gallias, uir patria Pannonus, militari uirtute non minus quam religione & liberalitate praeditus. Cæterum, Julianus ipse omnis fuit expers ingenuitatis, quantumuis genus ille ex splendido natalium ortu duxisset. Christianismum simulauit antequam potitus est Imperio. Postea se præststitit tales, qualem illum ex oris habitu, sermone, moribus futurum præsensit Gregorius ille Nazianzenus,

*Martinus ba-
ptifatur à san-
cto: Hilario Pi-
etatiensi Epi-
scopo, sub iu-
lianu paulò an-
tequam bapti-
zantur Ambro-
sius & Augu-
stinus.*

Nazianzenus, qui quum eum cōspexisset Athenis, dixisse proditur, O quantum malum alit Respublica Romana. Nec sua Nazianzenum sefellit diuinatio. Deorum fana & aras restaurauit, Christianos se subuersurum minabatur, simulatque uictoriā de Persis retulisset. Quod bellum nisi illum auocasset, miserrimus fuisset Ecclesiæ status. Minus enim ab innocentum sanguine sibi temperasset, quam quisquam illorum, qui ante Constantīnū Christianos immaniter sacrificarunt. At misertus ecclesiæ Deus uoluit, ut qui tam funesta animo uersabat, in Perisco conflictu coherceretur, ac ex uulnere interiret: quod non multò pōst accidisse memoratur, quam Libanius sophista illius præceptor, Christianum quendam per contemptum (ut blasphemus, præterē modum dicax erat) rogasset, Ecquid rerum, inquiens, iam ille fabri filius agit? Et rogatus scitè respondisset: Juliano loculum fabricat. Significans breui sepultum iri sceleratissimum tyrañnum, per quem Satan redigere omnia iterum in suam potestatem meditabatur. Confossum autem traditur à diuo Mercurio in pugna, cui animam exhalans dixit, Gamilæe uicisti. Procarius fuisset absque dubio aliquid ibi euomitus, spiritum uocemq; mors nisi abrupisset. Hoc ergo tam suis in Ecclesiam fannis & contumelij; graui sublato hoste, conquiescebat uirtute Imperatorum, quos Romæ, tum Pannonia dederat, grassationum procella. Statim itaque ibi prosilierunt uiri multi, quos rectè dixeris Christianæ integritatis seu columnas, seu exemplaria. Erat Valentianus ipse sententia & uoluntate coniunctus Ecclesiæ: qui quantum rem Christianam promouerit, apparet ex eo, quod circiter trecentesimū & octua gesimum salutis annum, uocari, & inuitum etiam pertraxerit ad docendæ ac regendæ Ecclesiæ munus diuum Ambrosium, quem sciebat esse uirum grauem, probum, prudentem, & doctum. Voluit tunc Imperator, ut Ambrosius ille prouinciam tuendæ ac ornandæ gloriæ Christi, etiam adhuc, uti erat Cathechumenus, susciperet. Eaq; cura & laude Ecclesiæ præcesset Mediolanensi, qua Liguriam ex consulari potestate antehac gubernarat. Nec dubium est, quin alijs quoquè per Occidentem Ecclesiis Imperator quæsierit Episcopos: quorum ministerio, euersa in hominum cordibus idola sunt: & plantata illa est, de uoluntate misericordis Dei, uera erga nos doctrina. Quod si errorum sp̄iritus, pari studio, depulsi tum à Valente

ex Orientis

De Ambroſio
fertur dux Stilo
lico ſepe dixiſ
ſe, peritūrā Ita
liā ubi Ambro
ſius moriatur.
Nec uanū fuit,
extincto enim
Ambroſio, ſtat
tim Gothi, Vā
dali, et alij mul
ti, Italia ubiq;
uaſtarunt.

ex Orientis Ecclesiis fuissent, habuisset ea ætas regnum fidei supra alias florentissimum. Quanquam hinc rectè interim petitur controversiarum in religionis nostræ, dogmatis saltem præcipuis, sententia: & (uti puto) gubernationis Ecclesiasticæ quoq; formula: quod multi passim tum fuerint magnarum rerum cognitione præstantes & pñ sacerdotes, qui conscientias eruditæ sunt, & Satanæ detexerūt imposturas quum alias quidem per multas, tum illas in primis, quæ tunc feruebant Arrianas, quibus sycophanta à uero scripturæ sensu abduxit plurimos: atq; in ihs magnos doctos q; uiros, fortiter persuadens nihil recipiendum esse in ea dispensatione, quod humana ratio non adsequitur. Iecit autem persuasio hæc radices altissimè in Orientis & Gothicis potissimum Ecclesiis: quare Valens ad Orientis ascitus imperium, nouo se tingi baptismate passus est ab Arrianis Episcopis, quum quidem prius sanctè educatus esset. Nam in Danubianis & Pannoniæ prouincijs, decantata Christi religio fuit ante etiam Constantinum. Quo minus mirum est prodijisse inde, circa hæc tempora, tot preclaros in cognitione Dei uiros,

S. Hilarius scripsit ad episcopum Vormaciensem de quodam Euphrato Agrippinensi Ariano. Fertur & ad Mogunti num scripsisse. Lucius Cyrenensis cognatus et cõmilito Pauli Rhetijs, & ad Istrum docuit. Titus Christum prædicauit in Dalmatia.

ueluti inter alios diuum Martinum, diuum Hieronymum, & Theotimum, quem ferunt Episcopum fuisse Tomorum in Mæsia, apud quos exulauit aliquando Ouidius. Diuum Hieronymum accipimus in Treuirorum Augusta aliquandiu hæsisse & audisse cum Rufino, Bonoso & Florentio *νεπτυχούσι*, ibidem magistros & dogmatistas. Et apparent ab eodem illinc scriptam epistolam esse ad duos illos Germaniæ nostræ sacerdotes, quorum alterum Sunnionem ipse uocat: alterum, Fridellum. Petebant (ut obiter aliquid huius rei commemorem) sacerdotes hi, ut Hieronymus deprauata quædam in Psalmis restitueret Hebraicæ ueritati. Quorum pietate uotoq; quoniam mirificè delectatus Hieronymus est, in hunc sensum eos affatur: Verè in uobis Apostolicus & Propheticus sermo completus est: In omnem terram exiuit sonus uerbi Dei. Quis hoc crederet, ut Barbarus Getarum lingua Hebraicam quærat ueritatem: & dormiantibus, imò contendentibus Græcis, ipsa Germania Spiritus sancti eloquia scrutetur: In ueritate cognoui, quod Deus non sit personarum acceptor: sed in omni gente acceptos esse Deo, qui timent eum. Bellicosa pectora reuertuntur ad manuetudinem Christianam. Reliqua quæ in epistola sequuntur, nihil opus est apponere, quum ex his liquidum sit, doctrinam Apostolicam

stolicam sonuisse in Germaniæ etiam regionibus diu ante uel
Gregorium Magnum, uel Bonifacium. Diuum Ambrosium le-
gimus, crebras scripsisse literas ad quādam Germaniæ reginam
Fridgildam, in quibus fœminæ mentem, in eam statuit contem-
plationem, ut uidere clarè potuerit, neminem contendere absq;
Christo posse ad immortalis uitæ puritatem. Quod postquam
in hanc mentionem incidimus, subiecisse hīc non alienum pu-
taui. De Hieronymo, si quem nosse forsan plura iuuat, is uitæ
ipsius à Desiderio Erasmo cōscriptam reuoluat historiam, præ-
ceptore usus ex Nazianzeno, à quo gloriatur se aperire didicis-
se scripturarum sacramenta. Familiariter diu uixit cum Grego-
rio Nisseno, & Basilio. Senex tandem quum sui seculi mores, ae
Episcoporum quorundam insolentiam fastidiret, in rus Beth-
lehemiticum se contulit, ubi domicilium à turba remotum sibi
parauit: ac in eo animum diuinis contemplationibus, cum ali-
quot suis discipulis, impendit. Dum usque nonagesimum pri-
mum agens ætatis annum demigravit, corporis deposito exu-
vio in beatarum mentium consortium, anno post natum Chri-
stum quadringentesimo uicesimo secundo. Tales quæsierunt
secessus illo seculo sibi permulti, qui scripturarum arcana uesti-
garunt. Nazianzenus sic se ad meditandum scribendumq; sepe
abdidit, inq; desertis & aujs locis sectatores suos uerbo Dei ini-
struxit, & ad patientiam præparauit. Versatus & in simili stu-
diorum ac disciplinæ tyrocínio cum suis est Basilius, unde am-
plissimus illis temporibus in Ecclesiam fructus redūdauit: nam
ex huiusmodi cohortibus legebantur presbyteri & episcopi.
Vitæ regula nulla erat illis alia, quam discere uoluntatem Dei,
& ex Scripturæ sententia, baptismi uotum seruare, & custodi-
re seueritate disciplinæ. Multa lectione, manuum labore & ine-
dia, dæmonū eluserunt artes, & incentiua. Nec referebat quan-
to quisque tempore ad luctam ibi exerceretur. Qui uisi sunt ad
ferendas mundi iniurias contraxisse robur aliquod, reuersi ex
monasticis scholis illis in rura & oppido sunt, quoties postula-
uit necessitas. Quippe qui non alio proposito illis se tradiderat
institutis, quam ut ad contemptum rerum mundi educarentur,
& arte ferre discerent pericula, quæ perpetuò comitâtur uerita-
tis professionē. Etenim non ignorabant, quam gratiam in mun-
do cœlestis ueritas habeat, quaq; maximè armatū panoplia esse
oporteat eum, qui fideliter & apostolicè Christum irato mūdo
annunciat

Thomas apol.
stolus, ex sentē
tia Sophronij,
annūciavit Scy-
this & Germa-
nis Christum.
Pauli & Ioan-
nis apostolorū
discipuli, Cle-
mens, Trophi-
mus, Crescens,
Maternus, Eu-
cherius, Vale-
rius, & alij, eti-
angeliū in no-
stris natiōibus
sparserunt, ut
Mogūtiæ Cre-
scens, & apud
Mediomatri-
ces Clemens.
Irenaeus dici-
tur meminisse
ecclesiā Rhei-
nensiū quarun-
dā. Scripsit aut̄
Lugduni circi-
ter 200 à natō
Christo annū,
auditor Poly-
carpi.

annuntiat. Profecisse ad Ecclesiæ ministerium existimatus demum est, qui præter hoc quod scripturas didicisset enarrare, uoluptates potuit fugere, & calcare auaritiam, propter nihil duce-re, quod stultum uulgaris tantopere miratur & expetit. Nec uideo, quo ore, quaque fronte, docere potuissent iniuriam obruendam beneficij esse, & contemnedas esse opes, quas Christus spinas appellat, & diuus Petrus se nullas habuisse etiam gloria-tur, si ab incunabulis se ad uerè sublimia (quæ regnum Dei, quod est Ecclesia, habet) non se assuefecissent. Diuus Nicolaus, circa id æui docens & constituens ecclesias in Lycia, opere præstitus quod uerbis docuit. Idem fecit in Gallijs diuus Martinus; uterque uitæ continentia & efficacia doctrina, ad sui exemplum plurimos inflammauit; uterque salutaribus consilijs & paternis consolationibus profuit Christianæ plebi. Propter quæ ipsorum erga Ecclesiam merita, iure magnos eos & æstimamus & uenera-mur. Diuus Martinus fertur octuaginta habuisse aliquando audidores, qui ab ipsius pependerunt ore, & lateri huius adhæserunt. Vnde coniecturam facere possumus, eum fuisse & egregie doctum, & quæ docuerit fuisse uiua, uera, non theatrica, quæ uita carent, cuiusmodi quorūdam sunt superioris & nostri temporis conciones. Maluit autem ad docendum intentus, excita-re benè nata ingenia, quam in literas aliquid mittere, quod saltem ad nos peruenit. Librum hunc qui titulum fert de quatuor Cardinalibus uirtutibus, Senecæ hactenus falso afflictum, tradiunt quidam scriptum esse ab ipso ad ducem Sueorum Mironem, temporibus illis dominantem in Hispanis, haud fortasse procul à Senecæ patria. Quod an ita sit, scire parum refert. Sus-picienda illius potius solicitude & opera est, quam apostolico more sumpsit in ecclesiis colligendis pariter & confirmandis. Est uero admiratione non indignum, tot simul illo seculo magna in Ecclesia uiros per orbem passim claruisse, quo diuus Hieronymus & Rufinus numerare incipiunt Romani imperij occasum. Faciunt huius autem initium ab atrocissima illa pugna, qua Gothis Valentem in fugam conuersum strauerunt: quod factum est anno post natum Christum trecentesimo octuagesimo primo. Circa hæc tempora, & aliquanto post, pulchre seruata est Apostolicæ curæ & uigilantiae successio. Ecclesiæ crecebant: nam ministerium fuit cum singulari efficacia, Satanæ renosse armavit. Recensentur à Hieronymo in illustrium Eccle-siæ

Largitas sancti Martini tamen re-colitur grata memoria à Germanis & Gallois, ut musta postuindemiam, ubi deferuerat & quieta fuerint, turpe sibi nostri homines ducat, si in anniversariis huius noctibus non probe manescant.

Innumerabilis multitudo Gothorum ante & sub Decio circa annum 250. contra Roma-

six doctorum catalogo nomina cum plurimum, qui in agro Dominico tum laborarunt fideliter. Et quis nescit diuum Augustinum & Ioannem Chrysostomum bene de religione meritos viros, sub Honorio & Arcadio luculentissimos scripsisse libros? Prospero autore, dicitur Augustinus totis illis quadraginta annis, quibus episcopū egit in Aphrica, gratiam & beneficia Christi contra Pharisaicæ iustitiae superstitionem & arbitrij libertatem defendisse acerrimè. Mortuus idem ab eodem traditur esse quinto calendas Septembres, in dura obsidione Hipponis, anno Christi quadrageentesimo tricesimo tertio, septuagesimum quintum dum uitæ ille annū ageret: & nostræ Germanicæ Vandali, qui erat Arrian, Genserico duce, orthodoxos Africanos grauissimè affligeret. Chrysostomo uideamus penè similem obtinguisse sortem. Populo Constantinopolitano fuit is, propter doctrinæ puritatem, & singularem in docendo gratiam eximiè charus. Ceterum Eudoxiæ Auguste & aulicis Honorij ualde idem exosus fuit. Vehemens enim erat in Arrianos, quibus Augusta & aulici proceres fauebāt. Nata hinc saepe in urbe dissidia sunt, quæ quum spectare ad arma tandem uiderentur, coactus uir optimus est cedere uiolentiæ, & populo frustrà renitente, uertere solum & exulare. Quem Theodoreus scribit, in Ponto mortuum esse, ex capitilis dolore, itinere quum esset fatigatus & Solis ardorem ægrè tulisset. Quod hīc potissimum refero, propter eos, qui Christianā æstimant religionem ex pacis & opum bono, ex uictoriarū successu & gloria, regnumq; & ocium sibi quærunt in Ecclesiæ ministerio. Certissimum quidem est, pios esse Deo curæ, uerùm longè aliter, quām cæca ratio iudicat.

Diuus Albanus (quem scribunt Augustini & Chrysostomi attigisse tempora) profectò dignus erat publica defensione: & si uis, meliore etiam fortuna, dum uocationis suæ memor, Christum Moguntinis pure annuntiat, & aperta asseueratione detexit, irrisitq; imposturas dæmoniorum, eximiam præ se ferētum religionis speciem. At pro ista sua sollicitudine & labore, destinatur seruus Dei ultimo supplicio. Tantum abest, ut gratiam inire aliquam potuerit apud gentem, quæ tam satanæ innitebatur potentia. Alius uitam ibi antetulisset suam gloriæ ueritatis, & carnificis gladium fugisset. Albanus uero suum intelligens officium, maluit periclitari, & contraponere se mendaciorum parenti diabolo: quām sinere, ut recti ille specie credentium

Anno 425.

G

simplicitati tam fecit illudat: maluit uel morte sua, quando fieri aliter non potuit, ecclesiæ Moguntinae iacere fundamenta, quām ministerij sui in Ecclesia munus intermittere: quām, dico, non mouere loco Paganismum, & Christi non inducere philosophiam, & non detestabilem reuellere errorem, qui multas ecclesiæ tum cōtaminarat de substantiæ Patris & Filij inæquilitate. Erat autem seculis illis fundere in ueritatis testimonium sanguinem, adeò non rarum aut insolens, ut qui Christi egerūt negocium, gloriosum sibi duxerint: si morte etiam, non professione doctrinæ & uitæ tantum apostolos imitarentur. Recte propterea ipsorum memoria in exemplum patientiæ & fortitudinis, posteritati est proposita. Meminisse enim horum uirtutis & constatiæ & laborum, omnino pertinet ad nostram salutem. Vnum hoc deplorandum solummodo est, tam esse ubiqꝫ paucos, qui postquām ministerium, autore Satana, conuersum est in dominatum, non eam induerint persuasionem, ut existiment digna se reuerentia coluisse diuos, si illorum memoriæ persolverint, solenni aliquo ritu quotannis officium. Quasi propositi sint in hoc nobis, ut numinum loco habeantur & celebrentur cantibus: non ut ex illorum memoria ad constantem in sancta uocatione perseuerationem excitemur: ac, quali maximè opus sit ad salutis muniendum iter, ministerio inde admoneamur. Neqꝫ satan nunc minus interquiescit, minorqꝫ tollendorum errorū labor est, quām fuit ueteribus in Ecclesia ministris: à quorum tempore quantum senuerit mundus, æstimare potest, qui præsentes reipublicæ & ecclesiarum morbos, carnis infirmitates, & diaboli impressiones comparat ad mores, impressiones & uitia temporū, quibus mundus in robore aliquo erat firmiore. Quemadmodum uidetur fuisse ille adhuc temporibus Gratiæ, Theodosii, Honori, & aliquot Imperatorum sequentium: sub quibus etsi Romanæ uires languescebant, & imperium ad exitium properabat: uirtutum studia tamen, non ita ut nostra tempestate conciderant. Lucebat inter homines aliquid adhuc antiquæ probitatis: & alebant Ecclesiæ plurimos, qui pietate & doctrina gloriam Christi ornarunt. Fuit Theodosius ipse Christiani ac uictoriosi Principis uerè uiuum exemplar. Erant ex nostris Gothi, Franci, Alemanni, Hunni, Vandali, & aliij, qui post Theodosium in medijs Romani imperij prouincij considerunt, durati labore populi, omnis luxus nescij, ueritatis inter-

rim

rim amantes, aperti & ingenui, promissorū tenaces, abhorrentes à fœdis libidinibus, & militiae disciplinæ cum primis dediti: quos excitauit Deus, ut Romanam monarchiam lacerarent, & terrarum alternarent dominia. Solet enim Deus, Regum & populorum sceleribus iratus, euertere & transferre imperia: sicuti in terras emisit idem nunc Barbaricas Turcarum gentes: per quas, de illa omnis generis tam uagante latè in Christianorum ecclesiis & regnis turpitudine, pœnas sumit. Nec est ut in uestigandis dominiorum periodis respiciamus solummodo ad fatales syderum congressus, & ad illum naturæ arcum ordinem in numeris, quādō scilicet ex planis fiunt solidi. Signorum rationem ista habent potius, quam causarum. Imperiorum ruinæ & ærumnarum moles, ex ira Dei sunt. Vult enim Deus lucere in homine uoluntatis suæ intellectum, uult Reges esse custodes iustitiae & religionis, uult (ut compendio dicam) suam timeri iram, quæ propter peccata ardet. Cuius quum Romani toutes, tantoq; tempore, per Euangeliū ministros moniti, nullam habuissent rationem, quid mirū est, graui eos casu ruisse. Theodosio militabat æther, & coniurati uenerant ad classica uenti. Vir enim erat, cuius consilia ad Dei imaginem respondebant. Cæterū eo ueluti à statione remoto, quum nō essent, qui pro religione, disciplina, & legibus dimicarent, quod duo Theodosii filij Honorius & Arcadius impuberes adhuc essent, statim prouolarunt, qui contendebant, iratis dijs, Italiam opprimi, uetera & auita sacra, quibus Roma creuisset, esse recipienda. Quid ibi ergo? An ciuiles discordiæ, domesticaq; non suscitarentur bella; æstimet rem aliquis ex præsentis mundi statu. Crescebat barbarorum, qui iugum Romanis minabantur, potentia. Et fiebant passim ab eis irruptiones. Contra quas parum fuit colloatum spei in prouinciarum præsidibus, qui magna ex parte agebant prædones, sibiq; non Reipublicæ succurrebant, populum arrodentes ad radicem. Pugnarunt ante hac pro gloria Romani. Id temporis, arcere ne quidem hostiles insultus pro uita poterant. Adeò dementauit, timidosq; reddidit auaritia eos, de quorum autoritate & nutu Imperij maiestas pendebat. (Varro in Antiquitatibus scribit, Vectium augurem cōiectasse, Romanum imperium duraturum non diutius esse, quam annos mille & ducentos. In quo augurio, uides non admodum fuisse mendaces uultures. Computa ducentos & mille annos ab ori-

gine Vrbis, peruenies ad annum Christi quadragecentesimum
uicesimum septimum. Circa quæ tempora fuerunt Gothi, Van-
dali, Franci, Huni, & gentes aliae nostræ, in armis continuè con-
tra Romanos, quorum imperium in infinitas etiam partes dis-
cerperunt. Sed plus ponderis Sibyllæ habet uaticinium, quod
de imperij excidio apud Lactantium extat: Roma, mulier illa di-
xit, interibit, & quidem iudicio Dei, quod nomen eius habue-
rit inuisum, & inimica iustitiae alumnum ueritatis populum tru-
cidarit.) Subigunt Gothi illam sibi, orbis & urbium reginam
Romam, anno à Christo nato, sub Honorio quadragesto
duodecimo. Ex quo tempore fuerunt Barbaricæ gentes in armis
ferè perpetuò, de Romanis saginantes se rapinis, nouaq; paula-
tim inde regna sibi constituētes. Infestarunt excursionibus pau-
lo ante Gothi imperiū, etiam sub Gratiano, quos accitus in au-
xilium, simul & in imperij consortem, Theodosius repressit, &
in fugam uertit. Neque uero ex una aut altera parte imminebat
sub idem tēpus Romanis rebus discrimen: omnia bellis & præ-
dationibus feruebant. Britāiarum rex Maximinus uidens im-
perium sœuissima iactari tempestate, & Gratianum undiq; op-
pugnari, captata rapiendi occasione Gallias sibi subiugauit: nec
sorte illarum contentus, ad Augusti insuper dignitatem & no-
men inhiavuit. Et salutatus Imperator quoq; est, uel militum fa-
uore, uel sua potentia, qua uisus est sibi multo esse superior Gra-
tiano, quem & in strage & fuga prope Lugdunum postea asse-
quutus occidit. Gratiano sublato Victorem filium Maximinus
in Treuirorum Augusta, consortem in imperio suum designa-
uit: eumq; ibi ad tuendas Gallicanas, aliasq; Occidentis prouin-
cias cum exercitu reliquit. Erat Treueris autem tum in ea fama
urbs, qua Roma fuit in Italia, Carthago in Aphrica, Alexandria
in Aegypto, & Antiochia in Asia: altera scilicet Imperatorum
sedes, Maximinus interim minimè intra hoc gloriæ suæ stadiū
consistens, destinauit Rhetias, Noricum & Germaniam armis
inuadere, quod gentes illæ Theodosii & Valentiniani partium
essent: nec eum pro legitimo Imperatore agnoscerent. Inter il-
las itaq; bellicas ipsius curas, commoratus est aliquandiu Mo-
gunciaci. Nam diuus Ambrosius Mogontiacum legatus mit-
titur ad Maximinum, propter Valentianū Gratiani fratrem,
quem Maximinus statim à Gratiani morte uolebat ad se mit-
ti, prætendens regij pueri se fore & tutorem & patrem. Porro
quum

quum hæc magnificè ostentata tutelæ spes uideretur esse dolo-
sa, aptè diuus Ambrosius orator eloquentissimus exponit, Pue-
rum egere materna adhuc educatione: nec conuenire, ut à ma-
tre auellatur tam tenera ætas. Quod qua gratia Rex uoto fru-
stratus acceperit, conſcere hinc licebit. Quàm primùm diuus
Ambrosius Mediolanum reuersus est, iussit ut puer illicò Con-
stantinopolim trāsferreretur ad Theodosium. Nec inora, illuc
transfertur. Et non ita longè pòst, Maximino, à quo tantopere
expetitus est, se ostendit, sed ei iam captiuo. In pugna enim quæ
cruētissima erat, funditur fugaturq; Maximini exercitus, ipseq;
Theodosio ac Valentiniano superatus, traditur & detrūcatur.
Hunc habent suscepta absq; deo consilia exitum. Vna hora, tan-
ta belli studia, tantas repētē dignitates & spes intersecuit & ex-
tinxit. Sublimi uir animo interim ille fuit, & saltē ab initio apo-
stolicæ doctrinæ cultor. Nam is est, qui subacta Armorica, quā
Britanniam nunc uocant minorem, imperauit, aut certè indul-
xit, ut Vrsula Cynosura, erudita illa & eximiæ cuiusdam sancti-
tatis foemina, Ducas Cornubiæ filia, & Conani Principis uxor,
aliquot mille uirginibus comitata ad Treuiros cum marito ue-
niret. Studio id erat ueteribus, ut in regiones quas occuparunt
armis, colonias deducerent, & simul cum imperio linguam, mo-
res, & cultus in his propagarent. Quum autem Britāni per tem-
pora illa Christum confiterentur, & figere sedes ac dominari in
Armorica constituisserint: nihil absurdum erit, quod quidam scri-
bunt, eos Gallicana respuisse connubia, & Christianas sibi peti-
uisse coniuges ex Britannia. In Hagiologis quibusdam, narra-
tur Vrsula cum undecim millibus uirginū peregrinari uoluisse
Romam, religionis ergo, quod futile est commētum. Britannis
scriptoribus fides danda potius est, qui Maximinum faciunt au-
torem infelicis huius nauigationis: qua tanta puellarum multi-
tudo, in naufragio, undis partim absorpta est, partim sagittarū
tanquam grandine interempta, ab Hunis, Pictis & Saxonibus,
qui fortasse & ipsi suis electi sedibus congregarunt se: ac Van-
nio & Melga ducibus, in Britannos, ubi potuerunt, prædatio-
nibus & uiolentiā saeuierunt. Longè uero miserrima, & stupi-
ris plenissima res hæc fuit. Causa Deo nota est, cui non decet
obmurmurare. Nouit is unus mala nostra in salutem nostram
& suam gloriam uertere. Indignissimum alioqui uideri poterat
tot simul perire & necari innoxias, pias, & generofæ indolis

G 3

puellas, per quas religio, & matronalis honestas. & pudicitia, diffundi latissime potuissent. Prædicatur Vrsula Cynosura Britannicarum mulierum insigne fuisse decus, & singulari Deum coluisse pietate. Commemoratur & doctrina apprimè fuisse nobilis, quod non rarum in hoc sexu apud uetustiores Britannos fuit. Martialis laudat Claudiam Rufinam Britanicam, ut in gremio Musarum nutrita & doctam. Et quam habet uel Latium, uel Græcia mulierem eruditione & probitate parem ipsi Helenæ Flaviæ Augustæ, quæ Britannici regis Cæli filia fuit, & mater Constantini Magni. Nonne perita illa linguarum & musices fuisse dicitur, & in apostolica doctrina excellens & egregie facunda? Filium docuit, in quo summam felicitatis collocare debat. Christo, quæ tota erat dedita, tam & præclarè de Ecclesia merita, ut ipsius labore & impetratiōne dicantur Busyrides & Caci à Christianorum mactatione esse cohibiti, & coacti dare tandem Ecclesiæ pacem. Sancta matrona hac octuagenaria, deposito animi pondere, deuolauit in angelorum contubernium, anno partæ salutis trecentesimo tricesimo septimo, biennio ante Constantini filij mortem. Ipsa uero Vrsula, Britanniam scribitur uirtutibus illustrasse, circiter annum trecentesimum nonagesimum. Cæterum quo tempore per mare ducta & interfecta sint puellarum agmina, ut quidem nihil compertum satis sit, ita improbanda tamen sententia illorum uidetur, qui absque perspicuo testimonio factum id tradunt esse, totis quinquaginta annis posterius, quam aestimare rationabiliter nos ex historia potuimus. Qui curiosius scire tempus laborat, conquirat uetera gentis hac de re monumenta: in quibus, ut accipio, memoratur Patritius quoq; non ille eiusdem nominis monachus, quem dæmones aquilonij infatuarūt, ut crederet, quendam in Hybernia latæ famæ specum, animarum esse purgatorium: sed alius uetus appellatus, Patritius Magonicus, Calphurnij Britanicij sacerdotis filius, & sancti Martini ex Concha Pannonica sorore nepos, & discipulus in Armorica. Hic quum de regno Christi sapientiam, postea etiam Romæ plenius haufisset,mittitur anno quadringentesimo tricesimo secundo, à Romano episcopo in Hyberniam, ut uerbi Diuini illic spargeret semen, & ex Spiritu Dei doceret uires & opera redemptionis aduersus Pelagium: qui in liberi arbitrii illusus uocabulo, uim humanorum contum & meritorum ita extollit, ut ea iudicauerit ad consequendam

dam immortalitatis gloriam sufficere. Nec uero dubium est, quin Martinianus ille Patritius totam facile euerterit rationem dogmatis, quod carnis infirmitatem, & prauorum spirituum in mundo dissimulat imperium, & tollit misericordiam & gratiam Dei, Christi iustitiam & merita. Extant diuini Augustini disputaciones contra eundem hunc diaboli furem: aduersus quem credibile est, efficaces fuisse quoque conciones Patritij: qui propter coelestium mysteriorum eximiam cognitionem, & miracula, & ieunia existimatus ueteribus Britannis fuit, tanquam alter Heliias. Erant, ut obiter illud quoque adjiciam, Britanni longe ante id aeuum ueram religionis uiam ingressi. Nec temere fortasse iacent, se Christi sacris a Iosepho Arimathaeo illo nobili & divite Iudeo, qui Christum sepeliuit, initatos esse circiter annum a Christo in celum recepto tricesimum: & Sabellicum dicere uideo, Britanniam prouinciarum omnium esse primam, in qua Christi nomen coepit esse in ueneratione, & huius populos ex ueris Dei agnitione & reuerentia appellatos esse Christianos. Quem cognominis honorem, quia ferre serpens nequit, per Pelagium Britonem in Ecclesias irrepsit, & uenenum doctrinae inspersit tam subtile & blandum, ut nisi serui Dei uim huius hebetassent, & contagionis intercepissent cursum, Christum qui pro nostris delictis Patrem interpellat, ut seruemur, totum ex Ecclesia sustulisset. Exortus autem memoratur Pelagius hic esse circa annum Domini quadringentesimum. Cuius et si nomen ut hostis ab Ecclesia proscripti, detestabile factum est: res ipsa docet tamen, hanc ipsius pestem saepe postea resuscitatam esse: nec fuisse sub Barbarica sequentium aetatum inscitia, qui eam profligassent. Monasticæ posteriorum temporum familiæ, procul dubio facti Pelagianorum, ut a Deo reiectam, uitarunt. Si postulas tamen ostendi tibi gnomonem, quo suam patres isti uitam examinant & instituunt, uidebis haud ita multum a Pelagianis, quos tantopere auersantur, eos distare. Nisi forsan Pelagius non resipiat, qui ad Dei imprestadam gratiam, plus tribuat suis uotis, ritibus, ieuniis & meritis, quam fuso sanguini mediatis. Sic nunquam non infectatur Ecclesiam satan, nunquam non ueritatis molitur extinctionem, euentus utcunq; cadat. Et assiduitate ferè uincit, quod non omni aetate sint, qui Christi causam sincerae agant. Quo tempore Gothi, Vandali, Alani, Scyri, Rugii, Burgundiones, Franci, Nortmanni, Longobardi, Boii,

Corruerunt semel operum leges ex omnium naturae uirium merita, quo tempore promissio benedictionis, qua omnes gentes in Christo benedicenda erat, implabatur, sed quasi in hoc seminie, non plena statis effet benedictionis, monachi suas tenebras, ex conscientia rurcarnificinas ut necessarias, in cultus inuenierunt.

Sueui, Sclavi, & alijs magnae Germaniae nostrae, & Sarmatiae populi, Romanorum vires, iusto Dei iudicio, fregerunt: & de uestris Dei cultibus admoniti, Barbaricos ritus & idolomaniam deserere paulatim cœperunt. An explicasse non ibi suas artes & dolos existimas satanam? An sua quædam ibi monstraueterator in doctrinam, qua fera imbuebatur pectora non inuexerit? Solet alioqui regnare ille inter latrocinia & homicidia, cuiusmodi fuerunt in primis Romana illa & Barbarica, quæ durarunt per trecentos amplius annos, intra quos necesse fuit corruere literas, mores, religionem. Boëthius Seuerinus proditur, eruditio[n]i tanquam ultimum dixisse uale, finemq[ue] fecisse doctis seculis, egregius ipse philosophus, mathematicus, & poëta non pessimus. Occiditur cum Symmacho à Theoderico Gothorum rege, circiter quingentesimum à nato Christo annum. Christiani fuerunt pro Christi in Gothicis ecclesiis expressa effigie, propo sitaç[ue] formula: quam si confers ad apostolicam, immane quantum desideratur. Inter semichristianos ferè à nostris Boëthius numeratur, qui si tanta grauitate & doctrina uir illud γνῶσις, & quod in apostolicis literis caput est, non perspexit, quid dein numeris alijs, qui nulla bonarū rerum cognitione erant instruti, iudicabis? An in tanta sceng humanarum rerum inuersione, à pietatis exemplari non recessissent, quibus uisus est orbis rure, ter dum subiugaretur & excinderetur gentium domina Roma: primū à Gothis, anno, ut paulò ante memini, quadragesimo duodecimo: postea, à Vandals anno quadragesimo quinuagesimo sexto: tertio iterum à Gothis, anno quingeniesimo quadragesimo octavo: Nullius facundia satis unquam expresserit quantum prophanationis & impuritatis per furiosam & diuturnam illam grassandi licentiam, perq[ue] doctrinarum panolethriam, in religionem Christi inuectum sit, quantum uitimarum etiam tum mactatum sit diabolo. Causam si rogas, autores uniuersi huius mali, non possunt esse alijs, quam qui arma contra Christum, gigantum more, prius mouerunt: qui ex imperio Christum eliminarunt, & tot myriadas seruorum eius damnarunt, alios ad bestias, alios ad metalla, alios igne, aqua, gladio & atrocibus alijs suppliciorum generibus extinxerunt. Illa enim martyria propè omnia, quæ ueterum annualium memoria recordantur, urbis Romanæ monarchis & prouinciarum præsidibus accepta referuntur. Et adhuc circiter quadragesimum annum,

quasi

quasi iram Dei non satis superç in se cūmulassent, multis mo-
dis turbarunt Ecclesias, iusç & leges peruerterunt: & præter-
quām quòd uenalia haberent magistratuū munera, ac in peius
indies laberentur, conflictati inter se tandem etiam sunt, ac suis
in se cladibus gentes nostras tanquam prouocarunt. Quid ibi
ergo: Rationē fac tecum ineas, an potuerit Christianis in non
accepisse formam ab apostolica imagine ualde diuersam: Nulle
ubi uigent leges, ubi alius alium ē domesticis latibulis & foco
depellit, & tam nulla humanitatis uestigia deprehēduntur: Etsi
enim gentes nostræ translatæ iam in clementiores sedes, prio-
rem uitæ rationem & mores commutarunt, & Christo nomen
dederunt. Quia tamen coelesti literarum caruerunt beneficio,
nec se charitate & innocentia ac tolerantia exemplis, in orbis
tumultibus excitarunt, uidentur Christiani nominis honorem
tueri ægrè potuisse, saltem per initia: ubi, ne ab occupatis sedi-
bus rursus deſcerētur, oportuit eas in armis esse ferè perpetuò.
Tam autem respondent arma ad rationes Christianismi, quām
gratum diabolo officium est, hominem totō conatū rapi ad ue-
ra bona, & nihil huius mundi ambire. Dixerit aliquis, Barba-
ros Deo tum contra Romanos militasse, quod sanè credo. Et
Sidonius Apollinaris, poëta, & Aruernorum episcopus adse-
uerat, reiiciens omnes omnium temporum illorum uastationes
& calamitates, in Romanorum capitum ignauiam & rapacita-
tem, in tributorū magnitudinem & noua uectigalia, deniq; &
in summū illum uirtutum & liberalium studiorum prius in im-
perio nunquam auditum contemptum. Sed interim uide, an in
eo quòd uniuersum Imperium, bellorum tempestatibus con-
cussarent: ac rerū præsertim in occidente potiti, Romanos ubiq;
præsides, duces, optimates & ciues, de dignitatibus, possessioni-
bus & fortunis deiecerint, ac necarint: non fuerint etiam diuine
ultionis modum transgressi, & infernalium furiarum ministri.
Veluti in pœnam nostris diuinitus immisli nunc Turcæ, ultra
mensuram mandati, omnes intendunt neruos, ut religionem
quoq; nostram & ciuilia ornamēta cuncta deleant, ac coniuges
& liberos nostros rapiant ad impietatem & fœdas libidines.
Deus quum de peccatis pœnam sumit, hominem sortis suæ me
morem facit. Redigi eum sinit in seruitutem & calamitosam for-
tunam, ac necari: & rerum dominium ad hostes transferri. Non
perdit totum. Et fortes uiri, qui Dei imaginem in terris referūt,

bella

bella gerunt, ut tyrannidem arceant, & sapientiam, quod est doctrinam de Deo, & iustitiam vindicent, interq; homines conseruent, non ut stabiliant idola, & Satanæ opera alia. Quod militiæ genus notum Christianis tantummodo esse oportebat, in quo præter gloriam Dei & salutem eorum, qui poena afficiuntur, nihil queritur. Cætera bella nullam æqui speciem habent. Et animaduertimus mentis cæxitatem & furorem, unde illa nascuntur, tam esse Deo inuisa, ut quando ita nobis, excussa Christiani spiritus doctrina, furere placet, sæuis ille bellis per rabiosos & sacrilegos sicarios, regnorum paret alternationem: inq; maximis procellis & subversionibus euehat, quos nemo somniasset, in capita. Age, nonne contra Romanos armavit & produxit Deus innumerabilem Germanorum & Sarmatarū multitudinem: interq; illos partitus est prouincias Occidentis, Romanis de fastigio deturbatis? Appelles Germanos & Sarmatas istos iam tum robustos orbis latrones, indomitas beluas, & uitæ politicæ, Musarum & omnis humanitatis pestes, & quo nomine libet alio, Deus illis commisit gubernacula, uoluit ut publica terrarum negotia agerent: non quia hunc emeruerunt furorem, sed quia Romani meruerunt flagra & exitium, quod es- sent publici status & legum & religionis tyrannici oppressores. Quali haud dubiè furore præcipites dabit, & è medio tollit Deus. Omnes illos, qui nunc uidentur sibi esse inuiditi, & oppressione uerorum cultuum Dei & iustitiae, iram Dei, & populi in se concitant inuidiam, occulteq; rident eos, qui in opera Dei intuentur, & secreta illa maiestatis Diuinæ adorant consilia, quibus in nos tristis nunc parari ultionem sentimus planè talem, qualis in plectendis olim Romanos diuinitus parabatur. Puto enim Turcicam barbariem nunc esse nostris, quod Germanicæ gentes erant Romanis, per tempora inclinationis Imperij. Nec interest, nisi quod conditio nostra in hoc deterior sit, quia Turcae beneficiorū redēptionis cœlestis ignari, ex proposito, crucis Christi hostes sunt. Gentes olim nostræ, in transmigrationibus illis suis, in quibus tacitos motus eius, qui moderatur uniuersa, sequuti sunt, paulatim mitescebant: & abiectis idolorum uanitatibus, in Christi & sanctorum communionem se recipiebant: siue id fecerint iam astu, ut facilius potirentur imperio Italico, Africano, Hispanico, Gallico, Britanico, siue bono studio, quod credere equidem malim: nam uetus Germania

natura

natura oderat fucata ingenia. Perlōgum fuerit, nechuius quoque
instituti, commemorare hoc loco, quām uariæ & uirilis animi
ex nostra Germania effusæ gentes temporibus illis sæpe contra
Romanas uires coniurarint, seçper Alemanni inuicti sui parentis
auspicij coniunxerint, iam sub Gothicō, iam sub Vandalicō,
nunc sub Hunnicō, uel Francicō, uel Alemannicō nomine, tan-
tarum autem expeditionum, quas suscepserant. Grauissima cau-
sa fuit Romanæ reipublicæ (ut prius dixi) male compositus sta-
tus & intolerabilis auaritia. Quæ quum frenanda cœlitus esset,
& Romani iam tum pugnare cum superis uiderentur, nullamque
amplius reportare uictoriam, occasionem premendam sibi esse
conterranei nostri putarunt. Relictis itaque horridis illis suis
Germaniæ & Sarmatiæ syluis & asperis rupibus, bello adorti
benè cultas & fertiles Romanas prouincias sunt tanta multitu-
dine & pertinacia, ut longa cladium tempestate, fessæ illæ tan-
dem in barbarorum potestatem sese dediderint. Subiugatis ter-
ris agnata paulatim uictoricum gentium nomina sunt. Etiam si
Romani postea quædam iterum obliterarint. Nec Itali ferrent
hodie, si quis descendisse eos è Gothis diceret. Francis uero &
Burgundionibus, Nortmannis & Longobardis, momentuni
neutquam leue est, nec exigua gloria, ut suam referant ad Ger-
manicas gentes originem. Cuius non uideo quur pudere Ro-
manos hodie quoque possit, quum quidem sciant nec se esse au-
tochthonas, nec Fabios aut Scipiones ex se amplius progenera-
ri. Cogitatione si retrocedes, uel ad mediæ duntaxat antiquita-
tis gentes & urbes, præcipue eas quæ notæ toto fuerunt orbe,
uix ulla agnosces illarum hodie uestigia: abierunt aliae in som-
nos, aliae uetusas suas sedes, uetusque sua nomina mutarunt:
Fortuna hæc terrarum & populorum perpetua est. Quæ incon-
stantia facit, ut non facile sit pronunciare, quas Gothi, Vandali,
Alemanni, & alijs, Germaniæ & Sarmatiæ regiones unoquoque
tempore tenuerint, quum in armis ferè fuerint ad proferendos
prædandi fines assidui. Desertas Gothicas & Vandalicas ad Bal-
thicum mare sedes, occuparunt Sclaui, prius quām scilicet ma-
gnam orbis partem innumerabili multitudine sua inundarunt.
Digressa autem Gothorū pars tum proditur esse in Tauricam
Chersonesum, quam horū posteritas adhuc incolit, pars in Ger-
maniæ nostræ umbilicum, atque inde in Italiam: quorum reli-
quiæ, quæ in transmigratione apud nostros, opinor, hæserunt;

Turingi

Gentes Scythæ
cæ multæ & di-
uersæ appellatæ,
uel wægæ tæ
onæ, idest à
pellibus qui-
bus induxitur;
uel wægæ tæ onæ
fæðæ, ab ira-
scendo, Iræ
cundi enim
sunt.

Turingi nunc dicuntur, & Stirij. Vbi obiter percensendum uenit, Gothos, Vandulos, Rugios, Alanos, Scyros, Herulos & Ge-
pidas, linguæ Germanicæ sono, & uitæ institutis & legibus nō
admodum multum habuisse discriminis ab Alemannis, quod
est Sueuis, Rhetis, Heluetijs, Boijs. (Multæ enim potentissimæ
gentes commercium Germanicæ linguæ habent, quæ ut inter
sexaginta duo linguarum genera nūquam habita est postrema,
ita nostro hoc seculo cultissima esse eadem cœpit.) Cæterum
maximè fuisse eos omnes diuersos à Sclauis, Vendis, Sorabi-
bus & Vilcijs, qui quum ex remotiore Scythia primum in uici-
nam nobis Sarmatiam, mox in omnes clementioris cœli regio-
nes influxerint. Nihil mirum est, Sclauicam linguam patere om-
nium latissimè, qua loqui potissimum nunc feruntur Turcici
milites, & non paucæ per Europam & Asiam sparsæ gentes.
Tam se dilatarunt, motis lacertis, Scythæ isti. Qui si quod sub-
iecerunt, sibi retinere potuissent. Nec tam dura se inhumanitate
fecissent ubique odiosos, potentia hodie præstarent omnibus
mundi dominijs. Sed uisum hoc Dei prouidentiæ est, ut gens
quæ nec pacijs, nec foederibus stetit, sub alienum rursus iugum
uario casu cogeretur. Quod in hoc saltem studiosis duxi anno-
randum ad præsens esse, ut istos terræ filios, Vendos & Sclauos
discernant à Vandals, qui lingua & moribus Germani fuerūt,
& Lusitanis, Aphris & Romanis noti, prius quām Sclauicum
nomen usquam est auditum. Porrò si & de Francis, quādo hue
deducti sumus, quarum regionū coloni illi scilicet fuerint, quæ-
ras: equidē in ea sum opinione, ut existimem per interualla con-
sedisse eos in uarijs Germaniæ tractibus, & fuisse initio Franci-
cum nomen commune omnibus ijs, qui plus cæteris uisi sunt
in natione nostra spirare Germanitatē, quod est ingenuitatem,
candorem & libertatem. Cuius retinendæ & amplificandæ stu-
dio, quum diu armis & uiribus coniuncti militassent, regem in-
ter se tandem crearunt: ad eundem, opinor, modum, quo ante
ducentos & quinquaginta propè annos militares & stipendiariæ
Turcarum turmæ regiam & hæreditariam potestatem, suo
illi notæ præstantiæ & felicitatis duci uel mili t Ottomano de-
tulerunt. Proditum autem memoriæ est, primum Francorum
Regem uoce uerè Germanica Meroueum, quasi uiarum dicas
autorem. Cui nomini quantum heroica uirtute responderit,
colligere hinc potes, quia gens hec tam magnis aucta incremen-
tis est

tis est, totq; uias sibi & inuenit & aperuit ad cumplurium populorum gubernationem, ut ausa sit dimicare cum fortissimis imperatoribus, quo tempore Romana potestas orbi adhuc erat formidabilis, confixerunt cum Aureliano ad Moguntiacum Franci, cum Iuliano in agro Iuliacensi, & cum alijs alibi, uaria sepe fortuna. Aliquoties in fugam pulsati sunt, qui centum amplius annis cum Romanis pugnarunt: ceterum nunquam ita uicti, ut Romanum iugum, quemadmodum aliæ Gentes, acceperint. tantus amor fuit Germanicæ libertatis, tantu seruitutis odium, in hoc populo. De cuius uerustiore & primâ patria, et si quidam dubitant certantq; non parui aestimanda uidetur sententia mihi tamen eorum, qui Francos negant esse in superiori Germania peregrinos, aut colonos. Et regionem illam ad Moenum, quæ Francia etiam nūm hodie appellatur, censem prisam sedem fuisse Germanorum, qui Francicæ gentis, & gloriæ primi extiterunt autores. Strabo, qui Augusti floruit ætate, Francos collat inter Noricos & Vindelicos, quo gens quæ de die in diem, in latum & longum proferre cogitauit imperium, à Moeno peruenire non difficile potuit, cum eadem aliquanto post memoretur quoq; occupasse, & incoluisse terras latè ad Rhenum patentes circa supraq; Vbios. Trebellius in uita Probi, Francorū patriam ait fuisse in uias illas Sicambrorum paludes, ubi hodie Zutphania & Asciburgum clara sunt oppida: quod equidem de gente quæ Romanas uires debilitare destinauerat, non inuitus credo. Vix enim alijs è finibus infestare Galliam facilioribus & pluribus excursionibus potuisset, quam ex istis paludibus. Quo minus dubitandum est, Francorum in his posita fuisse præsidia. Donec cum unitenso populo heroës iustæ expeditionis commoditatem nacti, Galliam, quamdiu multumq; affectarant, sibi subegerint. Fertur autem hæc Galliæ in Francicum iugum & ius coactio incidisse in annum Christi plus minus quadragesimum & quadragesimum, quo ferè tempore Saxones occupabat quoq; Britanias. Illud uero de Francis scitu non indignum est, quod Romanos in Gallijs inuasuri, duodecim ex se elegerint uiros gratia & autoritate præstantes, pariter & bellicæ rei peritos, quos omnes reges appellariunt, deq; his famam sparserunt, ut Galli suspicarentur tot aduersus se exercitus, quot essent reges, instructos ire. Atq; tali Romanis & Gallis incusso terrore Rhenum traiecerunt, magna libertatis

Franci, qui prius nihil ab Alemannis differebant, paulò ante Constantinum Magnum, in diuersas secesserunt sedes. Sunt qui Francos ex Meotidis regionibus uenisse & cōsedisse in Germania scribunt, quod probabile est si intelligas de prima populū in orbē dispersionem, que facta statim est post gigantomachiam Nenrodi, cum iam natus esset, dispersionem significans peleg, præter primā hauc aut certè alteram mox sequentē migrationem sunt indigenæ, & in Germania (ut ita dicam) uersaculi.

suæ propagandæ spe & auditate. Et impetu primùm, in præsidiorum urbes Moguntiacum & Berbetomagum factò, eas statim, oppressis ibi Romanis, in potestatem cœperunt: littusq; adeò in ea expeditione Rhenanum, totum sui iuris fecerunt. Quod ne digressis illinc eis rursus eriperetur, Drogum, Arborgastum, & Gebricum, tres ex duodecim illis, quos in regij nominis societatem admissos esse diximus, Moguntiaco, Berbeto mago, & Coloniæ Agrippinæ præfecerunt. Hoc custodito & seruato limite, castra cæteri reges cum ingentibus copijs promouerunt in Belgicam & in Comatam Galliam. Fuit autem inter hos Childericus ex regia Merouæi stirpe, bellí & cōsilij dux primarius, atq; adeò uerus Francorum rex, cuius auspicijs tanta rum rerum moles sustinebatur. Is ita consilijs & fortitudine res gubernabat, ut Galli amissis præsidij & multis ornamentijs, se suamq; salutem coacti sunt ei credere, quod à nonnullis proditur accidisse anno sexto Martiani. Postquam enim uiderant nihil uirium amplius esse in Romana dominatione. Et Francos præstare uirtute & dexteritate singulari, suamq; conferre potentiam ad uindicandos populos à durissima seruitute Romanorum, quid facerent deserti? Exosam hac parte habebant Romanam administrationem, ut à iure & iustitia alienam. Ex altera arsis Francica eis germanitas & libertas, quæ in hac gente eminebat. Nam Francicum nomen nihil sibi uult aliud quam ingenuitatem. Ne in uastitatem igitur redigerentur, in Francici Regis potestatem & defensionem se tanto & equioribus animis submisserunt, quanto Gothi, & aliae quædam gentes armis oppresserunt hostilius & ferocius cæteras & uicinas imperij prouincias. Nec enim nactæ semel occasionem inuncandi regna bellicosæ gentes quieuerunt. Alibi Burgudij Narbonensem & Sequanæ partem inuaserunt, alibi infestarunt Gothi Aquitaniam, & Saxonem, ut dixi, Britaniæ. In tantis grassationum tempestatibus per uniuersum propè occidentem. Quid an Galli Francos non prætulissent alijs? Exploratam quando iam habebant ipsorum felicitatem & potentiam & non improbata gentis essent ingenia. Rerum itaq; potiti, Franci statim cogitarunt de liberandis & proferendis regni noui finibus, Gothos è Gallijs depulerūt. Nec tulerunt Hunnos, Alemannos, & alios signa ferre per Gallias: qua quidem in re fuerūt uel nolentes auxilio Romanis, qui imperij titulum & umbram per occidētem adhuc, tametsi haud magna

magna cum autoritate gesserunt. Attilæ maximi illius Scytharum & Germanorum regis copias represserunt Franci, & à terrore, Gallias iam suas liberarunt, anno quadragesimo quinquagesimoquarto. Tertio inde anno moritur Attila, qui se orbis uocauit Imperatorem: & quum delicias se dicere non potuit, Flagellum dixit. Ibi Boj, Suevi, Hunni, Rugi, Gepidae, Alani, Sarmatae, & nationes quedam aliæ, quas omnes ad se Attila prius attraxerat. Aliquandiu in diuersas partes, absque capite, distractæ: aliæ alias attruerunt. Tandem Regem ex se crearunt Adelgerum fortem uirum, qui paternam originem referebat ad Alemannum Herculem. Filius namq; traditur fuisse Hunni, cognominati Wolfgangi, quod à lupi incessu effectum nomine Germanis in malitia existimatum, semper auspicatissimum est. Hæc populorum numeroſa uarietas, animos ut ceteri, in armis, telis & curribus habuit; accensaque in Romanas prædas est, & impressiones fecit, qua uia modò patuit. Vix supererat autem in toto Occidente prouincia, quam Barbari armis non expugnarunt. Italiam subactam tenuit, tum Dietrichus Veronensis rex ille Gothicus: cuius memoria Germanicis cantibus & fabulosis uersibus adhuc celebratur, quod tanquam alter Hercules uisus sit Germaniam & Italiam à tyrannicis pressuris liberare. Erat enim in furoribus & motibus per trecentos amplius annos mundus tyrannis adeò plenus, ut per eos monarchiæ Romanæ nihil ferè manserit reliquum, præter nomen & rerum gestarum memoriam. Et exoleuisset nomen quoq; haud dubie, nisi Carolus qui uirtute & potentia magnus, Francorum rex appellatus est, hæreditaria & bello acquisita regna sua Pontificum suos, Imperij Romani titulo ornasset. Quasi faustius sit res mundi gere-re auspicis Cæsaris uel Imperatoris, quam Francici aut Germanici, Italici aut Hispanici regis nomine. Fuit autem penes Carolum hunc dominatio totius fermè Europe, tam à Clodouei temporibus ad Carolum Franci acceperunt incrementum. Paulò antè superiores his fuerunt Vandali, Gothi, Hunni, qui per totam Imperij inclinationem, annos ultra quadragesitos, orbem in uarias partes miserè distracterunt, spoliarunt, & ærumnis cumularunt. At ubi Franci, satorum clementia ad tantum gloriæ militaris fastigium eueherentur, remissa & obscurata paulatim in Occidente est tyrannis Gothica, Vandalica & Hunnica, gentes ipsæ dum multis quotidie reprimerentur cladibus, & Deus

Dietrichus
clarorum faci-
norum diues.
diet, uetus Ger-
manicū, signi-
ficit officiū &
præclara fa-
cta.

credere iam Francis ad religionis & æquitatis defensionem sceptrum statuisse. Nondū Christi doctrina initiati, & in Ecclesiam ingressi Franci erant, dum totum sibi Belgicam & Comitatā Galliam subiacerent. Clodouæus Christianam quidem & piam coniugem habuit Crothildin, Burgundici Regis filiam. Cæterum, deos ipse patrios adhuc cum uniuerso Francico populo coluit. Etsi autem uxor indies hortata Regem & aulæ proceres est, ad ueros Dei cultus, non potuit corda horum permouere tamen. Nisi ubi in rerum extremo discrimine tactus è cœlo rex, compellerat Deum ex coniugis ore esse loquutum. Id uero accidit, quo tempore Franci bellum illud difficile & cruentū cum Alemannis gerebant in Vbijs, & Clodouæus suos in conflictu uidebat in fugam uerti, ac uictoriam inclinare iam ad hostes: monitionū coniugis ibi memor, magna fiducia clypeū in altum sustollens, ecclumq; inspectans opem petiuit: Christe potens rerum, dicēs, quem uxor mea colit, adorat & prædicat, siste fugam, & metum Francis exime, tu mihi posthac solus eris Deus, tua recipiam sacra cum omnibus Francis. (Alibi scribitur exclamasse, Sistite Christiani gradum, & fortiter pugnate, *Mon ioue sanct Denis,* id est, Meus Iuppiter est, quem sanctus Dionysius prædicauit, & uos adoratis.) Vide autem, quām non sint in omnis humani auxiliū destituzione inanes fusæ ex toto pectore preces. Orantis uota Deus uicit. Si quidem Franci, ex fuga non tantum reuocati, fortiter pugnant: sed & Alemani à Franci ibi cæsi sunt, & dissipati: quum quidem antehac minimum abfuerit, quin illi Francos ad unum omnes prostrauissent. Tempus stragis huius si quāras, equidem dubito: an, quod quidam scribunt, facta anno quadringentesimo nonagesimo sit: quando memorie quoq; proditur, Clodouæum, siue Ludouicum Regem cum Francis omnibus suis, sacra aqua à beato Remigio tintum esse anno quingentesimo duodecimo. Est uero memorandum obiter Clodouæum hunc in gentis annalibus sæpe Ludouicum primum appellari, quo forsan honestatus nomine est in baptisme. Et enim heroicum nomen est, quod Germanicè Populi uiam sonat. Accommodatum præstantibus ingenij, quæ sapientia & consilio præeunt populo. Res profectò magnas Francus hic gessit: nec isto potuit indignus esse nomine. Cum Boijs memroratur, dominationis iam factus cupidior, conflixisse anno quadrungentesimo nonagesimotertio, quo tempore & etiā aliquanto ante

to ante, diuus Seuerinus natione Apher, Boios, Noricos & Vindelicos docuit de uoluntate Dei: & natas bello gentes, ad quædam doctrinæ Spiritus sancti initia inflexit, militareq; eas docuit sub vexillo crucis Christi, quod potest quisquis certare didicit cum diabolo, & patientia ac inuocatione se sustentare, Religionem & studia gubernauit uir hic, spiritu Dei sanctificatus, aliquandiu apud Treuiros. Cæterum ubi cognouit Germanos nostros arma tantum tractare, relictis Treuiris, in Danubia nas regiones se contulit, & circulata expositaq; doctrina de uoluntate Dei, Ecclesiæ collegit, sacerdotes in ijs erudiuit, & ad Apostolorum sectanda uestigia commonuit. Preter alios ibi diuum Valentinum, cuius nomen nescio quo casu nostris hodie cognitissimum est, & Syluinum & Constantium, Paulinum, & nonnullos alios præstantes in professione cœlestis ueritatis duces, Ecclesiæ Danubianis illis præfecit, qui in magna præcipue apud Christianos fuit admiratione & gratia. Dicitur idem & Attilæ potentissimo illi Germanorū regi fama aliquando fuisse bene notus. Quodam tempore Gibhuldus rex Alemanno- rum instructissimo comitatus exercitu contendit ad Batauiam. Prætextus erat, se cupidum esse uidendi Seuerinum: quod ubi resciuit uir Dei, obuiam Regi processit, longo ab Urbe itinere. Rex uero Seuerinum uidens & audiens, sermonis grauitate & reuerentia autoritateq; ipsius permotus, Batauiensibus, quibus formidabilis erat, pacem & defensionem promisit. Atq; hæc ha- ctenus in hoc solùm & leuiter & paucis attingo, ut adulescentes inuitem ad ætatum cognitionē, quæ ex uetustioribus gentium annalibus est petenda. Iuuat scire cuiusmodi unoquoq; seculo humanarum rerum fuerit status, qui certè per tempora illa fuit nusquam non calamitosus & miser. Occidens uisus est totus, in tantis populorum mutationibus & excidijs, ruere. Oriens aliquanto minus habuit turbationum, & armis tamen etiam presus est satis dure. Cœlestis doctrinæ lux extincta est ubiq;, in ecclesiis etiam Orientalibus. Sub Martiano Augusto, cui anno quadringentesimo quinquagesimo quarto, delatum Orientis diadema est, tolerabilis fuisse temporum conditio. Nisi ueritatis & ecclesiæ inimicus per Episcopos quosdam Orientis, exitia lem illam de Ecclesiastica monarchia seminasset discordiam. Di ci autem non potest, quantum malij, ex malo hoc semine, ortum sit in Ecclesia. Anatolius episcopus Constantinopolitanus, am-

bitiosus homo, primus affectatæ huius dominationis autor est. Is haberi & agnoscivoluuit episcoporum totius orbis Princeps. Quod ubi Leo nominis inter Romanos episcopos primus resciuit, miratus Orientalium episcoporum, qui Anatolio fauabant insolentiam, admonet literis Anatolium, ut à cœptis defistat. Addens, conatū hunc ipsius pugnare manifeste cum uerbo Dei. Idem scripsit uerè Christiano & religioso principi Martiano Augusto. Scripsit & Pulcheriaë Augustæ: damnat in literis, Anatoli superbum spiritum, ridetq; humanæ rationis consilia & imaginationes, quibus Episcopi & monachorum greges, Anatoli applausores, de seruandæ ecclesiæ modo & ratione dubitatur: uerum istis suis scriptis parum Leo promouit: uel quia Martianus, inter alias Imperij difficultates, nullam seriā potuit in hanc rem habere inspectionem: uel quia morte præuentus, quod uoluit, non perfecit. Mortuus nanḡ scribitur esse anno quadragesimo & sexagesimo. Vnde dissidium hoc, quod initio uisum est exiguum & leuiter sedabile, partium studijs eosque deducebatur, ut inuenire exitiū nō antea potuerit, quam quo tempore Latina ecclesia ex Imperij ruinis, & Gothicorum regum indulgentia & fauore, aliquid iam fuit adepta dominij & potentiae: & imperatorem Phocam habuit patronum, cuius autoritate, ita hæc de primatu trecentorum propè annorum dijudicata controversia est, ut Latini securi iam de ira Dei apprehenderunt, fauente Imperatore & fortuna, quæ tantopere Græci captarant. Neq; uero lis suit hæc de re leui quapiam, sed de imperio in Ecclesiis, de possidendis & transferendis regnis, de potestate prætoria, instituendi cultus & interpretandæ scripturæ.

Confirmatio principatus Romani Antistitis, de quo uaticinia uides apud Danielē, & Pau. ad Thessaloni. & in Apocal.

Quæ omnia Bonifacius tertius, Romanæ ecclesiæ episcopus, sententia & confirmatione Imperatoris Phocæ obtinuit, & amplianda successoribus suis tradidit: cui debet fortunas suas, qui cunque usquam terrarum, regalim ore, dominantur in Ecclesia, debet & eidem suum diuus Petrus patrimonium: quod consequi nunquam potuisset, nisi cuncta iuris societas, dissoluta per Occidentis imperium fuisset. Porro autem Græci, ubi uiderant se iam delusos, & Romanum episcopum in caput Ecclesiærum esse erectum, & bolum faucibus, quod dicitur, suis, præemptum, obedientiā nouo illi monarchæ detrectarunt. Quæ contumacia horribiles tumultus & odia & schismata inter ecclesiæ peperit. Nec malum hoc exaggerauit mediocriter, quod Pontifices

*Anno 1580.
implet hæc do-
minatio dena-
rij cubum.*

fices Romani nouam Ecclesiæ faciem dederint, quod ministerium uerterint in dominatum, quodcꝫ multa, quæ solius Dei sunt, palam sibi arrogarint. Etsi enim fortasse Græci idem fuisse, si sors eis fauisset, ausuri. Apparet tamen nouitas fuisse causa, quur illæ Orientis clarae & primæuæ religionis altrices Ecclesiæ, à Romanæ se alienarint. Durum erat initio uidere & audire Apostolicam ecclesiam, quæ ministerio suo gentes uocauit ad Euangelium, transformari in politicum regnum. Nec Iustino, Tiberio & Mauritio illi, quem Phocas crudelissime interfecit, facile episcopi persuasissent conducere ad tranquillitatem & salutem Ecclesiæ, si quod flagitabant decus & nomen Ecclesiastici monarchæ, ad se transferreretur, plena Principiū ipsorum auctoritate. Vedit diuus Grægorius, qui sub Mauritio Augusto, ante & circiter sexcentesimum annum, Romanam administravit Ecclesiam, ciuile Imperium male ei, qui in singulari Spiritus sancti ministerio uersatur, congruere. Et haud scio, an vir hic probauerit deliberationes illas & consilia, de uertenda Ecclesiæ rum democratia in unius potestatem. Se certè maluit Seruum feruorum dici, quam aut generalem aut primarium episcopū: quem titulum non, opinor, recusasset, si ex eo non metuisset impendentes motus & Ecclesiæ dilacerationem. In antecessore Pelagio animaduertit, quantum inuidiæ & murmurum inter Asia ticos Episcopos excitabatur: dum Pelagius se in caput, inuitò etiam Imperatore statuit, palamq; iactauit Romanum pontificatum exuberare maiestate supra omnes omnium Episcoporum sedes. Quæ causa est, cur exemplo suo comprobare noluerit Pelagi audaciam. Si qui Gregorium in muneri successione sequuntur sunt, pari cura & labore publicam quæsiissent salutem, Ecclesia minus de ueris ornamentis suis amississet. Et Episcopi ad exhortandum opere & uerbo non desiissent esse potentes. Vir sancte Gregorius fuit multis dotibus magnus, cuius solitudinē, pietatem, & diligentiam meritò prædicamus. Sustinuit enim rerum Ecclesiæ molem inter Barbaros, tantumq; præstítit, quantum phas est à tali seculo requirere. Incidit autem in tempora, in quibus conculta liberalis fuit eruditio, & Scripturæ sensuū claritas obnubilata: quo minus mirum est, quædam ipsius insti tuta tam non responderet apte ad Apostolicæ doctrinæ imaginem. Docuit antequam pertrahiebatur ad Romanum pontificatum in colonijs Longobardorum, qui illius ætate, ex Pannoni-

Mauritius Au
gust. hic nume
ratur inter bea
tos martyres:

bus in Italiā cum uxoribus & liberis, magno effusī numero, ut
omnia turbarunt & occuparūt, quod nemo esset qui impetum
tantæ multitudinis potuisset reprimere. Erat Italiā tum per du-
rissimam famem, & sœuissimam inguinum pestem, & multas cla-
des hominibus propémodum uacuata. Quæ influxerant gen-
tes, multa idolatrica, & Barbaricos ritus secum inuexerunt.
Quid ibi autem faceret uir optimus? Quid in tam miserabili ec-
clesiae facie, tam in horrendis excidijs & confusionib; Profes-
to Euangeli gloriā ornare, si quis alius, studuit. At tempo-
rum infelicitas uoluntati ipsius obstitit, ut mansuefaceret Bar-
baros, & ab idolis auocatos eos, ad uerum Deum, qui uerbum
& cultus nobis tradidit, perduceret. Multa concessit humanis
iudicij consentanea magis quam uerbo Dei. Nec ea in re dia-
bolicas præstigias satis uel intellectu, uel cavit. Neq; dum pon-
dere ærumnarum premeretur, & omnia ubique uideret terro-
rum esse plena, fide satis repugnauit temptationibus; serpenti au-
rem alicubi præbuit: & uel uarijs distractus curis dissimulauit,
uel suasione inductus confirmauit dogmata, quæ postea gra-
uium errorum causæ extiterunt in Ecclesia. Quod de suæ æta-
tis calamitatibus scripsit, cōducet nostris hodie benè esse no-
tum. Videtur nonnullis præsens ætas, tribulationum tanquam
quidam infernus esse. At si Gregorium tales legerent, calamita-
tes nostras diceret esse adhuc tolerabiles satis. Gregorij de suis
temporibus querelæ tragicæ sunt: summa quia imis, & ima sum-
mis inuoluebantur. Quid est rogo, inquit, iam quod libeat in
hoc mundo? Vndique luctus & gemitus: euersæ urbes, in soli-
tudinem redacta terra, nullus penè in oppidis habitator est, ua-
cua Roma ardet: si talem diligimus mundum, non gaudia, sed
uulnera amamus. Hæc ille. Cuius metum non parum etiam au-
xerunt uisa tum prodigia, & præter naturam conspectæ in aëre
damicantium exercituum species. Auguratus inde ille est extre-
num mundi instare diem. Sed picturæ apparent fuisse exitia-
lium illarum mutationum, quæ mox sequutæ sunt in Ecclesia.
Haud enim diu post ipsius mortem, accepit Christianismus in
Occidente formam à uero non parum differentem characteris-
mo. Proceres Ecclesiastici, mūdanis destinati imperijs, ad unius
Christi æmulationem se non addixerūt. Quare & apostolicam
doctrinam in animi uenas trajectere, & uegetiores inde euadere
nequaquam potuerunt. Quærebat hoc Satan. Nec suis destitit
armis

armis & artibus, donec sub cœcumenici potētia, & pietatis summo prætextu, uera pietas oppugnaretur: & nerui idolomaniōni speciosis primūm defenserentur argumentis: deinde, si postulat usus, igne quoq; & aqua & gladio. Nec aliò tendunt serpentis *πιθανολογίαι*, quām ut fallaciarum nubibus tegamus, debilitemus & supprimamus, utq; uiolata prima Decalogi tabula, cultus instituamus ex humano cerebro splendidos. (Sic bona pars orbis luditur, inductaq; paulatim est serpentis suasionibus, ut credat Alcoranum, esse uerbum Dei. Qui ex Mahometanis eruditiores sunt, philosophantur nunc etiam in Mosaicis figuris: contendunt in diuinæ prouidentiæ rationibus esse, ut Ismaeliticus Mahometus sequatur Christum, quemadmodum sequitus Isacum est Ismahel. Qui etsi legitimus non est, semen tamen est Abrahāmi, & quidem ex uoluntatē Saræ. Certus Mahometi, & populorum omnium, qui Alcorano reguntur typus, sicuti prius fuit, idem quoq; typus religionis Samaritanorū, & decem principatum Israëlis, qui eodem se iure à reliquis separarūt, & latè in mundo regnantes, Ismahelis tutati sunt hæreditatē: quo usq; orbi illuxit alius à Deo missus prophetes, ueluti fuit Christus filius Mariæ: quū huius generis nugis regit & retinet Mahometistas nūc satan.) Nouit ille discordiarū inflammator, deum non alio peccati genere offendī grauius. Nouit eum propterea surripere terris solere uerbi sui lucem, & sinere, ut latè regnet supersticio & hypocrisia. Hinc circiter annum sexcentesimum & decimum, sub Phoca utpote & Heraclio, & aliquanto etiam ante & post, tanto inuasit furore Ecclesiam, tantis uniuersam obruuit tenebris, ut cernere & aestimare paucissimi temporibus illis iræ Dei magnitudinem, aduersus peccata generis humani potuerint. Cœtibus ibi illis, qui in Occidente, Ecclesiæ nomen retinuerunt, obtrusa est in fastiditæ & spretæ ueritatis Euangelicæ pœnam: doctrina impurior, quæ quū sparsa aliqua habuerit errorum & idolomaniæ Ethnicæ semina, paulatim inde ita sequentibus seculis polluta est, ut ea si cum Prophetica & Apostolica conferatur, tota ferè appareat esse diuersa. Atque tanta hac labe sycophanta Occidentis Ecclesias infecit, sola penè infestatione per amplissimas dignitates, splendorem & opes, quibus suas sibi turbas reddere solet iuratissimas. Cæterum in orientis Ecclesias saeuitum ab eodem multo adhuc est immanius. Punitq; ubi sunt factiones dudum motæ ab Arrio, Samosateno & Mani-

& Manicheo, quarum flammæ Arabes, Agyptios & uicinas nationes corripuerunt usque ad eò, ut in uolutæ opinionum tenebris gentes, quid cui crederent, prorsus ignorarent. Itaq; quum omnia monstrosis dogmatibus, piorum hominum parricidijs & libidinibus turbata iam essent, prodit electum illud Satanæ organum, lunaticus, siue engastrimythes; ille dico Mahometus qui camelorum primūm pastor fuit: mox, diuite ducta uidua, mercator: inde, prophetes: & Sergij monachi adiutus opera, dogmatistes: tandem, caput & dux militiæ: qua contractis aliquot copijs, grassatus est ad potentiam: ac quos phanaticis suis oraculis & argutijs ad præscriptam à se religionis & legum formulam perducere non potuit, minis & armis ad consensum amplectendum compulit. Et quia in illa ibi nouandorum dogmatum licentia, & spiritualis lucis extincione & ataxia, pauci extiterunt, qui notitiam de ueris cultibus & beneficijs filij Dei magnopere curabant, ut in Australibus ecclesiis ea conseruaretur: non difficile impostori fuit, hominum mentes persuasione quo uoluit, tanquam de possessione sua dejcere, & ad ruinam impellere. Miracula edidit interdum magica, quæ nemini tamen profuerant: & inspiratore eo, qui maledictionem induit, uentura prædixit. Quibus quidem præstigij, uisus multis est excitatus esse diuinitùs, ut hominum leuet miserias, & diuturnas ac tragicas illas de religione pugnas & controuersias semel tollat, ac expeditam cultuum Dei uiām, mortalibus commonstret. (Diuinationis spiritum haud dubiè Mahometus habuit, & Ismahelita si fuit, aliquid etiam ueri. Scribitur autem prædixisse, Alcoranum decursis mille annis esse interitum. Qua freti prædictione Tartari, ad Christum, Armenici regis opera conuersi, non perstiterunt, sed ad Mahometum suum resilierunt. Nam quo tempore Galli expeditionem in terram Sanctam suscepérant, & Tartari religionem nostram amplectebātur: procul adhuc à millesimo anno aberant. Itaque relapsi, manere decreuerunt ad finem, à quo non procul nunc dictamus. Præsenti anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, numerant Aphri annos Hegiræ, noningentos sexaginta sex: quibus si accesserint triginta quatuor, completus denarij cubus erit. Vbi si non uanum penitus est uaticinium, spes est Alcoranicos rursus ad Euangelicos, à quibus ante mille annos, diabolo autore, degenerarūt.) Dogmata enim quæ Mahometus proposuit, eiusmodi

modi omnino sunt, ut à communis intellectonis captu nec distent, nec aliud quām mundi huius sensum spirent. Mista ibi simul uides, Ethnica, Judaica & Christiana. Qua mixtura conatus astutè ueterator est, uniuersum ad se trahere mundum. Ex Christianismo exterminauit articulum de triade, ualdeç se effert de unius dei cultu. Nec aliud interim de regno dei docet, ç politica, ç quæ cogitationibus humanis & carnī grata sunt & plausibilia. Quare quum iam in illius admiratione plurimi adhæsisserunt attoniti, ac ipse indies se potentia & autoritate munissem, arte cœcepit & uiribus rem adgredi, & ad defectionem ab imperio & Ecclesia cohortari, primū Arabes, quos antea sciebat Heraclij Augusti edictis contumaciter aduersari. Neque uero difficile fuit permouere, & à cœlesti regno auertere, leues homines, qui nullam bellandi rationem cum diabolo tenebant, nec fide auxilium & constantiam à Deo petere norant. Procul tum Heraclius publicæ salutis custos aberat. Nec satis uitium quoç habebat ad tuendam Imperij & Ecclesiæ autoritatem, tam tempora fuerunt turbulentia. Nam & Asiani desierant esse in officio, quos dum bello premit, deficiunt ab Imperio Arabes; inç Mahometi sui leges concesserunt Saraceni, qui & ipsi natione Arabes sunt, ex propinquo uidentes hominum animos ad nouam hanc in pauca relatam capita religionem inclinare, cupide eam sunt amplexi: non ut probaret, quod equidem opinor: sed ut sperarent inde suarum rerum incrementum. Coniecturam facere astuti homines poterant, Arabica illa in mundum produccta defensaç dogmata, ex fine & usu spectare ad Christiani imperij exitium, quo gens hæc omnibus uotis & neruis contendebat. Limites Imperij prius armis infestarunt sæpe: & magno Constantino noti, ex aliquot irruptionibus Saraceni fuerunt. Cæterum ubi intellexerant magnas rerum mutationes sequutas esse, ex noua illa religionis specie, sententiam abiecerunt, quæ monet, Ecclesiam subiectam esse cruci, & doctrinæ è diuerso aplauserunt, quæ (ut dixi) sententias humanis iudicij gravatas proponit. Hanclatè armis intra annos non admodum multos propagarunt: siue id iam suo ipsorum auspicio & ductu acciderit, siue malo potius Mahometi genio. Certè omnibus orientis prouincij formidabiles fuerunt. Circa sexcentesimum & decimum septimum annum potissimum amplissimo Persarum regno sunt. Expugnarunt paulò post Romanorum præsidia in Syria, & Hiero-

& Hierosolymam occuparunt. Anno supra sexcentesimū quā dragesimo octauo, redegerunt ī potestatē suam, maximam tempore Romana ubiq; li- teras deleuere & libros exi- ferunt, suas in- tulerunt: quod ante haec fecer- rant Romani, qui uoluerunt ut sola Roma- ni populi di- gnitas & me- moria staret. Sic Turca se- uit in nostra hodie monu- mента.

Saraceni hoe Aphricæ partem: & non longè pōst, Rhodon, & uicinas insu- las. Ex quibus ipsorum successibus uidentur uenisse paulatim in opinionem, Mahometum illum suum esse id reuera, quod nugator præ se ferebat. Existimasse uisi sunt, propter uirium ma- gitudinem, & glorioſas uictorias, debere se nouam illius reli- gionem, in populos quos armis subiugarunt, inferre, plantare, ac gladio tueri. (Aphri, iam Arabum literis uisi sunt annis non in- gentis.) Hinc Aphri & Syri & Ägyptij, primi omnium fuerūt, qui explosa cœlesti & uerē Deum resipiente philosophia, exe- crabilis huius apostasiæ autorem inter Prophetas & nuncios Dei numerarunt: cui nemo uirtutis & honestatis amans, qui quidem nebulonem intus & in cute nouisset, ullum in terris in- ter homines locum concederet. Extat in Apocalypsi Ioannis sacrum ænigma de bestia duo habente cornua agminis similia, cuius numerum, inquit reuelator, computet qui intellectum ha- bet: addens, numerum hominis esse: nomenq; huius absconditum haberi his tribus numeralium literarum notis, X Z Σ. Et si enim alijs aliud eruerūt inde nomen, quod numeris respon- det anno sexcentesimo & sexagesimosexto: ostendit tamen satis superq; euentus, unde numerationis capendum sit exordium. Et cuiusmodi draco fuerit, qui tantum inflauit uenenī Arabicis & Aphricanis Ecclesiis: unde postea Asiaticæ, & aliae totius Ori- entis infectæ sunt: perq; armorum terrorē & barbariem pau- latim deletæ. Ad quem diaboli furorem, & nunquam deplora- tam satis uastitatem: quoniam Romana dominatio, tyrannide & odio, quo apud Asianos & alios laborauit, tantos proditur subdidisse stimulos, ut multi hoc à Ioanne propositum ænigma interpretentur de bestia bicorni ea, quæ Europam in tantum conuertit stuporem, ut sperare nemo prorsus aliquid uel apud superos uel inferos audeat, qui illius non habet characterem. Sexcētorum & sexaginta sex annorū computationē ordiuntur isti à sexagesimo ante natum Christum anno, quo Pompeius ca- pta Hierosolyma sceptrum Iudeis primum eripuit, & facta Iu- dæa tributaria est Romanis: atq; eam finiunt in morte diui Gre- gorij, quæ incidit in sexcentesimum sextum annum. Quod ta- men ad Apocalypseos sensum satis congruat. Aut an uisa bestia nunciarit uniuersæ simul Ecclesiæ, sub quadam differentia, ser- uitutem

uitutem & oppressionem, ex quo lunaticus Mahometus & Romana dominatio eodē quasi tempore cœperint: iudicium esto penes eos, qui euentus Apocalypticis picturis istis accomodare norunt exquisitius. Persuasum animis nos hoc habemus, non esse illos idcirco Deo chariores, penes quos mundi sunt imperia & opes, quemadmodum ignari iræ Dei somniant. Exigui cœtus piorum hominum omni seculo extiterunt. Maxima semper multitudo fuit eorum, qui palam & pertinaciter defenderunt idola, quod tenebrarum potestates struere insidias humanis mentibus norint, summa pulchritudinis & dexteritatis specie. Quare, ut multi admirantur & uenerabundi prædicent, colantq; maiestatem, altitudinem & harmoniam nouæ ædificationis eius, quæ post diui Gregorij mortem splendere in Italia coepit. Tenenda firmissimè nobis tamen est persuasio, hos tantummodo placere Deo cœtus, qui per fidei iustitiam ad illam uitæ adspirant innocentiam, à qua peccato decidimus. Nec posse illos esse in populo Dei, qui remissa languidaq; docendæ & faciendæ uoluntatis Dei cura, solū hoc agunt, inq; omnem se effundūt licentiam, ut dominantur. Ecclesiamq; potentiae & opum amplitudine locupletatam, propugnant. Scimus nullius momenti apud Deum esse, quæ magnifica nos ducimus: non pompas ille & externa respicit ornamenta, uult regi nos suo uerbo, quod ubicunq; in orbe sub dominatione aut Romana, aut Mahometica docetur. Ita ut Dei inde fulgeat in hominum cordibus notitia, dilectio & reuerentia, Ecclesiam ibi esse ueram statuas, unam hanc Deus agnoscit, nec continuo in ea abiicit gubernatores, si qui modo temporum trahuntur erroribus, ut fluminum impetum rapiuntur nauigantes. Nouit siquidem agnatam esse carnī nostræ cœcitatem, & quantus sit nequissimorum spirituum in cordium cœcitatem furor. Ætas diui Gregorij aliquanto minus habuit sanitatis & roboris in dijudicandis dogmatibus, quam Augustini, Basilij, & similiū: non dubium tamen est, Gregorium ipsum cum suis quibusdam synergis, benedictione Dei fuisse ornatum, etiam si constet Christi effigiem iam tum in Longobardicis, Gothicis & Francicis ecclesiis secus quam oportet fuisse expressam. Et uiros bonos temporum uitio recessisse alicubi à puritate apostolica, potissimum ubi indulserunt, ut populus suæ spei anchoram figeret in sacram operationum ritus, quos ea ætas mundo obtrusit. Semper

Reuelator, uidetur computum deducere suum hunc, ab anno 3902 mūdi, quo Iudea Romanis facta est tributaria, & natus quoq; est Ioachim, dictus alio nomine Eli, Mariae virginis & matris pater. Est autē annus hic ante partū Virginis sexagesimus, in quē, puto, Ioannes locauit a spicciū appropinquationis Christi ex Virgine Theodoca, in carne uenturi principium.

Quæri cœpit post 666 annos, extra Christum pro peccatis satisfactio. Cooperūt & extrui diuinis facella & aræ, & certa ijs de stinari sacrificia.

Deo pro Ecclesiis placuit placebitq; solicitude & labor, semper ei in docendo grauitas, & in Christianæ fidei exercitijs, quod est in calamitatibus & pauoribus bene duratum pectus. Quo nomine ueneramur meritò memoriam illius à nobis iam sæpe commemorati Gregorij, & aliorum Christianæ reipublicæ seruorum preconumq; Dei, qui paulò post Gregorium nutantem in occidente & aquilone Ecclesiam, suis ueluti humeris sustentarūt, & fideles ministri fuerūt. Cuiusmodi proditur inter aliós fuisse illa magni & nominis & meriti Britannicus Columbanus, quem Francorum rex Sigebertus ingentibus muneribus & præmijs studuit retinere in regno suo. Sed uoluntarius Christi seruus, regi ad tam magnificam pollicitationem respondit, non se decere, ut alienas diuitias amplecteretur, qui quo minus impeditè Ecclesiæ ministraret, suas reliquisset. Quod dictū utinam Ecclesiastæ imis reponeret sensibus, inq; animi uenas traīcerent: qui hoc tempore, tam sunt faciles, tam & non moleste repugnantes, dum amplis locupletantur possessionibus & colligendorum censuum onerantur curis. Vnum hoc studium, hæc una Columbano cura fuit, quomodo ad Christianam probitatem multos erudiret, quomodo emendaret confirmaretq; in utraq; Francia Gallicana & Germanica Ecclesias. Constitutum ob id ei erat cum comitibus, Gallo, Rumricho & Leodegario, peregrinari Apostolico more: & inter peregrinandum docere conscientias, qui exemplis docere poterant, & populum rege re uerbo Dei. Diuum Gallum in Suevis reliquit, quem ut cæteros suos comites sciebat cor habere instructum charitate erga Deum & populum. Ipse ulterius pergit in Italiam ad illam Christianæ pietatis fama nobilissimam Longobardici regis coniugem Theodelindam: ad cuius uotum uidetur lucem uerbi Dei, quantum quidem tempora sinebant, accendisse, & retinuisse in Longobardico populo dogmata & cultus. Quorum et si non nulli ex splendida quadam rationis imaginatione, absq; scripturæ autoritate, mandati tum erant: minus tamen periculorum & superstitionis, ab initio illi ipsi habebant, quam habere posse a cœperunt. Diuus Gallus interea dum collegæ ipsius, alijs alibi Episcopos egerint, illam apud Rhetos Dei notitiam propagauit, cuius semitam dudum Rhetis diuus Fridolinus aperuerat. Et quo loco nunc sub ipsius nomine celebre apud Heluetios oppidum est, scholasticum cœnobium instituit; qua quidem in re

in re spectanda optimi viri uoluntas est & officij ratio, in qua quædam ipsius, certè non exigua uirtus emicuit. Id nanc secu-
lo illo Ecclesiæ doctores sedulò agebant, ut post recens factam
uastitatem, deformatamq; à diabolo Ecclesiam, multa passim
erigerentur collegia, in quibus sub arctissima disciplina educa-
ti iuuenes, uirtute, pietate & doctrina populo tandem prælu-
cerent, ac ueros Dei cultus conseruarent. Cœnobitarum hic
quondam scopus, hic finis erat. An simile nostris hodie sit pro-
positum dicere, nihil attinet, quando res ipsa, quid nunc potissi-
mum captetur, indicat. Profectò tot illa in Rheni & Mosæ lit-
tore collegia à Francicis regibus non idcirco condita sunt, &
tam ab his dotata ampliter, ut colantur in ijs tantum ceremonia
lia illa nusquam uoce Dei mandata sacra. Etsi enim qui exuscí-
tarunt reges Columbanus, Gallus, & alij, non ubiq; spirabant
Apostolicæ doctrinæ puritatem, quod multa tum deprauasset
Barbaries. Palam tamen est, hoc præcipue eos spectasse, ut in
talibus ad Ecclesiæ incrementū extuctis domibus, cœtus alan-
tur ex publico, qui religionis excitent studia, & Dei erga nos
misericordiam, & Christi Domini nostri beneficia hymnis iu-
giter celebrent, conscientias regant, sermoneq; & uitæ exem-
plis doceant: unde lucem piosq; affectus cordibus suis popu-
lus hauriat. Neque uero dubium est, Francicis regibus illis,
qui apud nos primi Ecclesiam ornarunt, magnificis domibus
& stipendijs propositam fuisse imperij Solomonis, Persarum,
Græcorum, & similiū imaginem, ipsosq; ad heroica uocatos
esse exempla. Scimus toto notum orbe fuisse Solomonem, Cu-
ius regnum memoratur peruenisse ad tam immensam amplitu-
dinem & gloriam, solo scholarum, quod est pietatis & sapien-
tiæ studiorum præsidio. Rabini tradunt, trecentas & quinquaginta
scholas, tanta ab ipso institutas esse prudentia, ut earum
utilitas & fama ad ultimos mundi terminos peruaserit. (Scho-
læ Solomonis multæ & celebres, in quibus multum studij & cu-
ræ datum est, naturæ & cœlorum explorandis & copulandis ui-
ribus. Quæ una quondam Ægyptiorum philosophia fuit. Elea-
zarus Hebræus, is qui Solomonij artificij experimentū coram
Vespasiano fecit, uidetur philosophiæ eius nō fuisse imperitus,
ut qui radice quadam admota naribus obfessorum, dæmones
impuros statim expulerit. Proditum memoriæ est, Solomonē
etiam ipsum, à se editum reliquisse absolutissimū de tota rerum

natura uolumen, & ab eodem effugandi dæmonas modum traditum esse, & contra morbos ostensa amuleta. Quin & de re herbaria scripsisse memoratur, sed librum eum sublatum & suppressum postea esse ferunt à sanctissimo Ezechia rege, ne posteri in infirmitatibus ad solas medicinas, & non ad Deum recurrerent.) Dic̄tus hinc est nationibus imperasse remotissimis pariter & ignotissimis Solomon, quod ex ipsius seminarijs accessuerint nationes illæ, sibi principes & consules. Iam floruisse scimus quoq; Persas & Græcos ac suis quoque temporibus imperasse latissimè. At si quæras, quarum rerum uiribus potissimum ad tanta ascenderint fastigia. Evidem historias dum reuoluo, inuenio non in aliud reposuisse ipsos regnorum suorum dignitatem & salutem, quam in liberalium doctrinarum communicationem. Et satis probat, puto, euèntus non diutius tanta potentiae gloria diuinitus fuisse ornatos illos, quam quanto tempore, iuuentutem suam in antiquæ & ingenuæ eruditio- nis curam excitarunt, corruerunt, simul atq; desierunt cœleste literarum bonum magni ducere, & ueris prudentiæ rationibus hominum formare iudicia. Quo certè dubitandum minus est de uoluntate regum nostrorum, qui ferè à Britannicis monachis persuasi, tot per Germanicam & Gallicam Franciam sublimes ad docendum erexerunt cathedras, ac opulenta cathedris adiunxerunt collegia, ut honeste & liberaliter foueantur in his naturæ bonitate & eruditione præstantes uiri, qui à ciuilibus & terrenis liberati curis, & oneribus cōtinui sint in statione, & excubias agant, ne errorum spiritus insidioso astu, & recti, quod solent, specie, nouas introducerent sacrorum pompas &

Dagobertus II
huius nominis
ex Meroueo-
rum familia.
D. Arbogastus
docuit Argēto-
rati circiter an-
nū 650. et Flo-
rentius paulò
post, sed into-
nuit Christi do-
ctrina ibidē, et
multò antequā
uastata & ex-
quata solo fuit
urbis.

leges, quodq; piæ doctrinæ in Ecclesia reliquum supererat, humanarum traditionū sordibus non contaminarent, tandemq; extinguerent. Huc præcipue puto respexisse regem Dagobertum, quem tradunt circiter sexcentesimum & quadragesimum annum condere cœpisse Argentoracensem Basilicam, in qua quanta primū fuerit pietatis & doctrinæ habita ratio, quanta & disciplinæ in ea extiterit seueritas, quædam ipsius adhuc fortè relicta uestigia commonstrant: & præter cæteros ostendere possunt duo illi multis uirtutum dotibus magni uiri Arboga- stus & Florentius, quos inter diuos posteritas numerat, quia de re Christiana optimè sunt meriti, quia ueras Argentoracensis Ecclesiæ opes amplificarunt, quod est docendo populum ad Dei

Dei agnitionem perduxerunt, deç collegio suo plurimos sanctè institutos operarios emiserunt in dominicā messem, ad instruendas in rure & oppidis curias, quas doceri omnes de Dei erga nos bonitate, de pœnitentia, de Christi meritis, ac beatitudine nostra, curarunt: ipsiç in primis Antistites circumeundo parœcias docuerunt sollicitè semper, & grauiter. Cæterum non spiritu ubique fortasse Apostolico, quod Ecclesiasticae doctrinæ fermētatio quadam, tum diuturnitate confirmata erat. Desfuit optimis uiris non grauitas, non uigilantia, non labor, sed desfuit alicubi iudicium. Causa fuit noua Ecclesiæ à priore diuera gubernatio: sub qua, et si magna hominū pars, nihil dignum de ueris Dei cultibus intelligebat, & errorum nebulae subinde crescebant, nihil dubium tamen est, plerosque fuisse in tam numerosis religiosorum cœtibus, atç etiam in populo & inter reges, qui tanquam à naufragio seruati temporum restiterūt prauitati: nihilç adeò intermiserunt eorum, quæ ad uera Ecclesiæ Dei ornamenta spectare iudicarunt. Reges in religionem propensi sumptuosè extruxerunt & locupletarūt templo. Cœtibus religiosis interdum se quoç, quod de aliquibus testificantur annales, miscuerunt, persuasi nimirum in theologicis istiusmodi à se institutis contubernijs, exercitijs & meditationibus, regnum dei conseruari, ut genus humanum in Nohetica arca quondam est conseruatum. Quod ipsorum factum, quatenus exuscitare pios potuit affectus, & aditum præparare ad Deum, probare omnes, reprehendere nemo debet. Etiam si ad ueræ pietatis rationem propius interim accessissent, si Ecclesiæ coniuncti reges ea fecissent, quæ testimonium habent uerbi Dei, quæç diuinitus regūtur, gubernationis sustinere onus, administrare bonis legibus iustitiam, & consilijs præire populis tueri pacem, & de Deo doctrinam: cōgruunt cum uoluntate Dei, suntç uerè deo accepta opera. Cæterum cultus uelle fingere, & suscipere non mandatos, quod genus sunt spectati operis extruere templo, diuis consecrare aras, & statuas horum facere auro, argento, eborea ut marmore conspicuas: proç his nugis, publicum gubernationis munus, quod laboris & periculorum plenissimum, atç idcirco sanctissimum est deserere, & secessus querere ac ocium, est humanæ rationis somnium sequi, non doctrinam per Prophetas, Christum & Apostolos traditā. Etenim si religio, quod est uera Dei reuerentia notitiaç, sita esset in pædagogicis illis

*Condonabiles
sunt quidā pio
rum hominum
errores, sicut
& non quiuī
corporis mor-
bus exitialis
est.*

*Apud Salomo
nem compara-
tur Ecclesia
scenti rosa in-
ter spinas: sic
enim canit, vt
rosa inter spi-
nas, ita amic
mea inter fi-
lias.*

tantum ritibus, in monasticis latibus, in fuga æruminarum mundi, in certa item uestium forma, in ciborum discrimine & quotidianarum precum mensura, nec aliquid esset sublimius. Plurimæ gentes mysteriorum Euangeli ignaræ nos uincerent: siquidem cultus excogitarūt multo nostris operosiores. Quod dictum uolo, non ut sentiam infructuosa fuisse ueterum monachorum collegia, officinæ quum fuerint hominum formandorum, & strictissimam disciplinam à doctrina nunquam separarint. De illis tantum Deo propter hypocrisin inuisis, iustitiae securè indormiscētibus querimur, non de uetusioribus, in quibus Ecclesia aliquid adhuc consolationis & adiumenti inuenit. Constat ex talibus quondam proslīsse scholis, pietatis laude illustres uiros, qui laboranti Ecclesiæ summo succurrerunt conatu. Nec arbitror tres illos uiros, Melitum, Ioannem & Augustinum, quos diuus Gregorius Anglis in doctores misit, laborasse in sterili harena, ut ferè nostro laboratur tempore. Sparserūt religionis doctrinam, multosq; ad sectandum suæ uitæ institutum, suasione induxerunt. Idem de Arnulpho & Amando existimo sentiendum, quorum hunc Mediomatrices laudibus ad astra usq; uehunt: illum celebrant Traiectenses. Opinor utruq; fama notum fuisse Germanis, ijs saltem qui Christianam lucem amabant. Vterque dicitur uirtute spiritus eminuisse, & Episcopī munus intellexisse probè: nihilq; non pro amplificanda ueritatis gloria subiisse onerum & molestiarum, quod ipsum certè Apostolicum est, ut maximè seculum nulos tum gignebat Paulos. Attigerunt tempora Gregorij, aut saltem non diu à morte

Ernulfus, honestatem promouens.

Rubertus, quiete dignus: quād Ratbertus germanismum magis spirat.

Erndruda, fidens honestati.

Gregorij claruerunt. Quo fermè tempore ferunt diuum Ruber tum docuisse quoquè Ecclesias: primum Rhenanas, præcipue Vormaciensem, deinde Danubianas. Quanquā quod ad tempus attinet, animus mihi ad illorum sententiam inclinat potius, qui eum cum diua Erndruda sorore, sub Iustiniano, circiter annum quingēsimum tricesimum septimum floruisse scribunt: Sed plus ualeat apud nos nunc uiri huius spectata uita, quam annorum ratio. Quem proditum memoriae est, ex regio Francorum stemmate natum esse, ad multorum hominum salutem uereq; regios concepisse impetus, ad latissimè diffundendā cœlestis ueritatis lucem. Huic non satisfuit ad Ecclesiæ ædificia afferre ligna, lapides & similes materias. Vedit lōgē diuersa opus esse ædificatione. Ingens decus Reges putabant, si sanctis Dei templis

templa & altaria dicarent, auroqz radiare illa facerent. Ipse uero uidens ingrata esse templa Deo, in quibus Spiritus paracletus requiescere propter idola non potest, uiua templa pergit erigere: quod est ex hominum mentibus depellere caliginem, & doctrinæ ijs insicer lucem de restitutione salutis & fidei iustitia. Quæ quidem de cœlo patefacta notitia, quo longius & ad plures nationis nostre partes perueniret, delegit in adiutores uiros fiducia & amore in uerbum Dei flagrantes. Atque inter cæteros Domingum, Gisolarium, Maternum, Chunaldum, Isenardum, Ernfridum, Vitalem, Gerarbum, Ratherum: qui omnes reiecta mundanarum rerum cura, Boios, aliosqz quosdam nihil prius de uera beatitudine cogitantes, populos ad sanctam Christianismi communionem perduxerunt. Non dissimili spiritus feruore dux postea fuit ad agnitionem Dei diuus Haimeranus, qui quum patria esset Noricus, & circiter sexcentesimum & quin quagesimum annum, haud longe uidelicet post Gregorium Magnum, Episcopi personam, in Rhetica Bonna ad Danubium sustineret, caueretqz ibi solicite, ne in urbe & rure plebs, astu dæmonum rursus illusa, in ueteres suos relaberetur errores. Lambertus quispiam ex Danubianis principibus iniquè ferens sancti uiri doctrinam, & impiorum cultuum detectionem, eum ex insidijs adoritur, membratimqz, uti refertur, dissecuit. Scilicet hæc gratia est, hæc merces eorum, qui cœlestis ueritatis uiam prefaciunt, & sycophantæ uires frangere in Ecclesia student: ita ueritatis cursum intercipere Satan consueuit, qui nūquam suis caret satellitibus, quos aliquo fortunarum successu inescat blan dus, donec uerè eos aliquando occidat. Deus pios castigat, multaçz ferre aspera sinit, ut seruet: non blanditur, ut occidat: uultqz ut ipsorum patientia & fides fiat sub cruce illustrior. Et cœlum promissum habent, qui aduersus mundi iram & furorem, in amplificandæ pietatis curam ardent. Serpentí autem & omnibus ipsius membris constitutum initio est, ut humi perpetuò repant, terram lingant, & animis à terræ fodiibus, in nullam unquam cogitationum puritatem assurgant. Sed reuoco à commemoratione uiiperinarum generationum hîc me. In Haimerani mentione præstiterit obiter meminisse quoqz Benedictini huius cœnobij: cuius uestigia Reginoburgi adhuc uisuntur. Conditor eius dicitur fuisse Theodon præclarus Boiorum princeps, qui quoniam animaduertit uirum fuisse Haimeranum, per quem lo

quutus Deus est, uoluit ipsius innocentiae & uirtutum extare memoriam, institutione scholæ pietatis, continentiae & doctrinæ, sub Haimerani titulo: ut qui ibi erudirentur, scirent quid in uiro illo esset ad imitationem propositum. Fuerunt nanque cœnobia ad exemplum Benedicti Nursensis instituta primis aliquot seculis, nihil aliud quam scholæ: in quorum aliquo, sapientiae & religionis studijs imbutus est diuus Gregorius, prius quam ad Ecclesiae Romanæ gubernationem pertraetus fuit. Et huic, de quo nunc loquimur, Reginoburgensi, multi optimæ existimationis uiiri, suam debent, quam consequunti sunt, scriptu rarum peritiam. Educati in eo sunt duo illi ex Baioariæ ducum familia nati, Principes uiiri, iuxta sancti atque doctrina præstantes Ernhardus & Adolphus, unde & Gothardum, Huldrichū, Wolfgangum, Eberhardum, Symbertum, Harduicum, Cunradum, Albertum, & plerosq; alios singularis pietatis & prudenter gloria celebres episcopos, diuersis temporibus exortos esse accipimus. Quod et si de his hic memoratis omnibus affirmare non ausim. Compertum illud tamen est, Reginoburgum suisse quondam apud nostros unicum penè sanctis literarum studijs portum, remotissimis etiam notum Britannis. In quem constat diuum Marianum sex comitatum discipulis appulisse. Hic autem uenisse ex Hibernia & Reginoburgi docuisse scribitur, quo tempore interior Germania Christianæ doctrinæ pertinaciter adhuc restiterat. Danubius hospitia præbuit Britanicis doctoribus. Borealiores Germaniæ nationes non præbuerunt. Quare Scoti à morte Haimerani nidulati primùm ad Danubium sunt. Qui ex ijs processerunt remotius, ueluti Cheilianus cum suis comitibus, iniquissima *Idolatriæ* pro opera sua acceperunt. Etsi enim fortasse plurimi ex Franciis, illo æuo, egregiam habuerunt uoluntatem erga doctrinam, quam Scoti circumferebant, quam & Franci ultra Rhenum & in Gallia tum amplectebantur: quæ tamen gubernatiū & primorum gentis, in antiquis Franciæ sedibus fuit persuasio & sauitia. non ausi sunt publicè illam profiteri. Solet pauidas reddere mentes Satan, & oculis caliginem offundere mirifice. Et quis dubitat, ubi sycophanta sensit Christi gloriam in Franconibus per Scotos istas exorituram esse, quin omnibus suis artibus & armis retinuerit in obsequio, quos iudicauit ad impietatis stabiliendum regnum sibi in primis conducere: Idolum Mercurij appellatum in uicina Saxonie

xonia Hermannicum, quod Carolus Magnus tandem Saxonibus domitis, subuertit. (Heriburgi in Westphalis, fuit hæc Hermanni sala, id est, templum uetustum & opulentum. Sertorius Hamburgensis existimat, idolum Martis fuisse. Ipse crediderim fuisse Mercurij: nam habet Germanorum Frância, multa adhuc loca, quæ uetustam, ab Hermo, quod est Mercurio, appellatiō nem retinēt: uelutī inter alia, Irmenkirch, ad Semanam seu Thiringicam syluam: Irmenshausen, & alia. Julius Didius, qui Antonini temporibus militauit in Germania, uidens Mercurium à nostris coli, signa uoti sui posuit in monte deorum ad Capellatium siue Edelbergam, quæ adhuc uisuntur in pariete templi: inscriptio est, MERCVRIO BASIM CVM SIGNO, IVLIAN. DIDIVS EVOCAOTORVM DVX V. S. L. L. M.) Egregium fuit in illis olim tenebris, decipiendi organum. Dici non potest quot execrabilis & monstroſi errores confirmati ibi sint, per faſa miracula. Quibus ubi Scoti detrahere fucum, refutare errores, & docere conscientias studiuerint, rapti statim sunt ut nouatores & discordiarum suscitatores, ad supplicium. Quod sane ipsum non est, ut quis de Francis nostris miretur: quando ne hodierno quidem, alia est ueritatē profitentium fortuna. Tam sunt quæ mundum respiunt *πνεύματα*, carnis sensibus dulces & gratæ: tam ad se potenter rapiunt affensionem: tam, dico, nihil possunt commonefactiones ad ueritatis aspiciēdam lucem, ubi mentium oculi cæcitate sunt confirmati. Nihil dubium est, Scotos attulisse illis temporibus ad docendum pectus & institutione quæsiisse nostrorum hominū salutem. Quam ipsorum dexteritatem testari possunt tot Scotica à nostris admissa plantaria, in quibus primos, opinor, monachos fuisse monstratores religionis, ut Chilianus fuit & Totnanus & alijs: quos maiores nostri non tulissent, ut monasticas è Scottis & Hibernis ad nostros deduxissent uelutī colonias, si in ijs non animaduertissent singulare aliquod probitatis refulsiſſe lumen. Sed uide, quām in nullo hominum genere sint, qui uetusæ radicis suæ præstantiam diu custodian. Scotticis istis monachis fuit ad postremum nihil uanius, quorū crassissima iustitia, quia non uidebatur diutius à nostris esse alenda: pulsi è suis tandem sunt aluearijs, qua lia passim habuerunt in Germaniæ oppidis multa, præcipue ad Danubium. Grati interim sumus primis illis, qui nostros homines erudierunt ad pietatem. Et iactis scholarum fundamentis, li terarum

terarum studia in Germania primū excitarunt. Nec facile quem piam nominaueris mihi, qui ante Scotos, mathematica & philosophiæ partes alias, in tractationem apud nostros suscepisset. Ut Germania armis semper quām literis instructior fuit: ita nequitquam est uerisimile, eam ex se coluisse literatas artes, quo tempore omnis Græca & Latina literatura, in toto propémodum orbe cōciderat. Suprà de furiosis illis in mundo motibus, quanti fuerint, quanto etiam tempore durabiles, meminimus. Græcas bibliothecas, Musas & Ecclesias deleuerunt Persæ, Saraceni, Turcæ, & alijs Romanas literas & literatos, omnemq; adeo ciuilium ornamētorum cultum gentes extinxerunt, quæ ex abditissimo Germaniarum recessu, in omnes Occidentalis Imperij partes sese effundebant, ibi ciuitatis & literarum parens Italia, Scythicæ barbariei succubuit. Et nihilo fuit ingenio & moribus horrida minus quām nostra erat natio. Vnum habuit Gregorium, qui dum uixit, infelicissimorum temporum casum scribendo docendoq; aliqua ex parte sustinuit. Præter hunc tulit puto neminem, qui dum orbem Mars armis concussit, omniamq; perturbauit & cōfudit, scriptum insigne aliquod posteritati reliquit. Haec tenus ergo uideri poterat actum esse cum sapientiæ studijs, nisi semen Deus seruasset in aliquo mundi angulo. Bellorum furor non lacerauit Romanam tantum monarchiam, sed & omnē penē sustulit ex Asia, Europa & Aphrica, humanitatē. In Scotis & Hibernis hæserat aliquid adhuc de doctrina cognitionis Dei & honestatis ciuilis, quod nullus fuerit in ultimis illis mundi finibus armorum terror. In alijs orbis prouincijs dissipauit militum rapacitas & barbaries, honestos cœtus, euertit scholas, & iuuentutem auulsit à uirtutum & religionis studijs, quæ in obscuris illis angulis, diurna pax conseruauit & aluit. Possumus autem ex tam sœuis & longis mundi tempestatibus admoneri de grauissima ira Dei. Et eius rursus summam possumus ibi conspicere & adorare bonitatem, quod in Scotis & locis, ubi nemo putasset, tam numerosi coaluerint sub strictissima disciplina cœtus: inter quos consentaneum est, fuisse præcones Dei, qui iter Apostolorum ingressi, sanctè uixerunt, & scripturam mediocriter explicarunt, tum per se illam in diatribis suis domi, tum per operarios, quos in harenam quoquo uersum extruserunt. Tempus de ardore & iudicio non nihil repressit. Euanescerat enim iam tum primæ Ecclesiæ in Britanniâ illata quondam

dam consuetudo, & nouæ illæ sacrarum operationum leges ritusq; iam potentissimè inualescebant. Vnde quod temporum & necessitatis permisit ratio, quodq; sanctum, & cum primis frugiferum, ipsi etiam esse iudicarunt, in Gallicanas & Germanicas ecclesias magna cum sollicitudine impresserunt. De literarum cultu, cuiusmodi is seculo illo fuerit, si quæras, equidem amississe eum censeo tantum de natu suo nitore, quantum religionis decesserat puritati. Solent enim literæ & religio pari ferè incedere passu, quod in cultura utriusque spectetur puritas, quæ utique maior Augustini & Basilij ætate fuit, quam à morte diuini Gregorij esse potuit in Britannis. Quanquam certè comparationem si facias ad tempora, quæ sequuta postea sunt contaminatoria: non uideo quid in Britanicis illis scriptoribus, quos ea ætas dedit, desiderare magnopere possis. Beda, quem Plinij rhapsodon uocant, doctos preceptores in Britannia habuit: doctus & ipse non uulgariter fuit in utraque lingua, in diuinæ scripturæ eruendis & enarrandis sensibus, in mathematis & in universo propè sapientiæ genere. Arbitror uel in eo uno perspicere posse, Græcæ & Latinæ linguæ peritiam, Græcasq; artes apud istos toto diuisos orbe Britannos, in aliquo adhuc fuisse cursu, quum omnis iam frigeret Hispania & Italia, Museq; ex toto depulsæ Occidente essent. Floruit autem Beda circiter septuagesimum à Christo nato annum: septingentesimo tricesimo quarto, mortuus hinc senex est tumulatusq; in pago natali, quæ Angli Girbam appellant. Cuius fuerunt apud Anglos coætanei, Gutbertus, Iudocus, Hadrianus, Theodorus, Vilibrordus, Bonifacius, & alij quidam æterna nobilitati memoria uiri, quos omnes grata posteritas cœlo consecravit, propter Christianam fortitudinem, quæ scribitur in monachis illis eminuisse. Nitebatur enim Britanicus monachismus adhuc pietate & doctrina: nec admissus in sodalitium monasticum ibi est, cui propositum non fuit, uelle se ad præscriptam formulam, sanctis ornare moribus. Extant quædam in nobilioribus collegijs adhuc de recipiendorum delectu uestigia, quæ non obscure indicant, neminem quondam in ullam religiosorum hominum cōmunionem receptum esse, qui in dole spem non sui quam optimam exhibuisset. Inculcatum alumnis ibi est, fortem esse Christi militem, qui illatum non refert iniuriam: & fortitudinem consistere, non in elato contumacis animi spiritu, sed in sui despicientia, in casti animi probitate,

mi probitate, in uoluntaria mentis demissione, quæ se tradit totam diuinæ uoluntati intrepidam; hancq; esse uiam, quam ingredi maximè eos oporteat, qui se pro Apostolorū successoribus haberi postulant, & ex Ecclesiæ opibus sustentantur. Quare quum ea uiuendi discendiq; ratio optimis quibusq; tum probaretur, & monasticæ sodalitates nihil dum aliud quām Ecclesiæ uiderentur esse seminaria: uoluerunt in ijs illi de Ecclesiæ rebus benē meriti uiri, Gangolphus, Landbertus, Sebaldus, & Otomarus, exercere ad pietatem se, ac ad serendas in mundo ærumnas tanquam præludere, antequām Ecclesiæ adgressi sunt ministerium: in quo fuisse memorantur temporibus, quibus duo illi excellentes ingenio & facundia monachi Vilibrordus & noster ille Londæ natus Bonifacius, dictus antea Benfridus, Germanis primū innotuerunt: quod uti memoriæ proditum comperimus, circa annum accidit septingentesimum decimum quintum. Ante hac theologi, puto, non fuissent ausi, tam in Germaniam penetrare altè, & liberè dicere, & increpare homines, Chilianī & aliorum casu territi. Audierant enim se Germanicæ tranquillitatis dici perturbatores: unde non licebat ire quolibet, iter donec patefecisset eis Princeps ille in Gallica Francia uictoriosus Carolus Martellus, magni Caroli auus, quem credibile est, postquām bello Sueuos, Boios & Saxones profligauit, & Saracenos alibi fudit, singulari uoluntatis significatione & studio, Theologorum adiuuisse propositum. Sperabat hac fortasse uia, Martellus facilius se cōsequuturum esse Francicam coronam, & occupaturum inde quoq; Germanica aliqua regna, ad quæ animum proculdubio uidetur adieciisse. Nam non multo pòst, Pipinus illius filius, moto ciuili bello, rex à Francicis proceribus declaratur, ipso ad monachos Reginoburgenses relegato Childerico: in quo quum desinerent Merouæi, nouaq; Franciæ regum ex Martelli radice gloria surgeret, dici non potest, quantum ex ea commutatione virium & commodorum accesserit Romano Pontifici. Nondum Pipino delata corona erat, quum Gregorius Syrus in Martelli patris se insinuaret amicitiam. Quam hoc potissimum consilio ambivit, quia Longobardi mandatis ipsius contumaces non parebant. Et Imperator rem Leonem, idem iam excommunicarat, quòd simulachra è templis Leo deturbasset. Erant enim tum imagines pars religionis. Itaq; è Christianorum consortio uidebatur Leo ejiciendus esse.

S. Bonifacius
patria Londi-
nus fuit.

*Anno 753. ue-
nit Burchardus
antique Fran-
cie episcopus
concilium im-
petrat, in quo
rex Childeri-
cus deponitur,
& Pipinus cre-
atur & à Boni
facio corona-
tur.*

*Imperator
Leo noluit in
tempis trucos,
mutos & cæ-
cos ferre.*

Siquidem

Siquidem in propinquo amicus erat Martellus, quem pontifex sciebat cæteris præstare robore & uiribus, belloq; esse felicem, præ quo contemni facile poterat Leo, qui procul erat in oriente, nec armis admodum potens. Quo minus mirandum quoq; est, Vilibrordum & Bonifacium tantas res gerere in Germania temporibus illis potuisse. Vterq; in magna fuit existimatione. Autoritatis pondus addidit eis insuper pontifex Gregorius. Et uti coniçimus, Martelli per celebre nomen, quod cum fuerit alijs gratiosum, alijs formidabile, poterant monachi hoc maiore cum securitate, & liberius, quod conabantur exequi, & pontificis facere imperata. Videbatur autem pontifex non querere iniustam dominationem, sed religionis solius moueri reuerentia, & nationis nostræ amore. Nec rem aliter proponebant legati, qui cum pollerent multiplici consiliorum usu & doctrina, magnamq; consequerentur laudem, propter dexteritatem in agendis negocijs, obtinuerunt, quæ pro rerum & temporum opportunitate uolebant. Vilibrordus adoritur, pontificioq; signauit charactere Batauos, Phrisios, Saxones & Sclauos: moritur anno septingentesimo tricesimo sexto. Bonifacius nostros docuit, inq; Romani pontificis obsequia perduxit Fræcos, Noricos, Boios, Thyringetas, Cattos, Saxonum partem, & Danos. Anno tandem quinquagesimo quinto supra septingentesimū interficitur cum quinquaginta quatuor ministris à Phrisiis, cuius corpus defossum & effossum primū fuit Traiecti, deinde Moguntiæ: conditū postremò per Lullum religiosè est in Fuldeni cœnobio, quod ille in quadam Franciæ Cattis finitima reione extruxit, ac aliquandiu in eo abbatis, quod est patris & doctoris officium præstítit. Fertur scripsisse de suis in Germania laboribus, quod scriptum an extet, nescio. Hoc constat, Syrum pontificem noluisse ferre, ut homo tam facundiæ uiribus instructus & politicus, diu in Franciæ nostræ ad Melibocum syluis latitaret, paucosq; doceret monachos. Ingentia animo secum agitabat pontifex, iudicabatq; premendam esse maximè occasionem. Virum habebat in Bonifacio, qualem non temere alio tempore inuenisset. Monachi prius concionati nostris erant, ut lepores solent leonibus. In Bonifacio animaduertit aliquid esse eximium & fatale. Itaq; eum ad suscipiendam religionis gubernationem, in Germania euocauit. Voluit ut qui tanta ualebat gratia, pontificis Romani munus gereret apud bellicosos

Thyringetæ.

Bonifacius statim à coronatione Pipini interficitur.

Gregorius tertius Syrus, Romanus episcopus, quem Syracuseñorum lingua Papam, quod est patrē appellamus.

Germanos, acibi, quæ causis & temporibus congruebant plenissima statueret potestate. Tempus namque aduentarat, quo Ecclesiastica illa pridem Romæ constituta politia muniretur etiam nationis nostræ præsidij. Quid autem uideri poterat gloriosus, quam tueri & dilatare pontificij regni fines. Extra quos nullam esse Ecclesiam persuasissimum monachis seculo illo fuit? Vbi ergo Bonifacius suæ iam industriae & felicitatis, in mutandis Germanorum animis, specimen dedisset, & suos probari ille à nostris hominibus sensisset mores, adgressus est negotium, cuius gratia missus in Germaniam à pontifice Syro erat. Cæterum quia laborum molem uidebat grauiorem esse, quam ut sustinere solus eam posset, multos ex Anglia monachos in messem hanc accersuit: præter alios, suum illum uocauit ex sorore nepotem, Bilibaldum & Burcardum, Volradum, Lullum, Vnebaldum, quendam Gregorium, Bittam: & eruditas in his quoque foeminas, ueluti Cunidrudam Lulli materteram, Valburgidem Bilibaldi sororem, Teclam, Liobam, Beragitham, & alias. Accurrerunt & ultrò quidam excitati fama, quæ de Londinensi Benfrido maximo Germanorū episcopo ad ultimos penetrauerat Britannos. Ex quibus omnibus ipsius conterraneis, quos iudicauit idoneos esse præsides & custodes religionis delegit: & suam cuique designauit tanquam speculam, ex qua in suorum inspiceret uitam, mores & studia, iuraque inde & iudicia & disciplinam regeret. Burcardo contigit antiquioris Franciæ caput Vitzburgum. Bilibaldo celebre illud ad Almonem oppidum, in quo Ala Narisca, quondam statua habuit, & Driapolis uulgo nunc dicitur. Valburgidem neptem suam fecit sacram Vestalium uirginū matrem. Lullo, & alijs, alias dedit prouincias: ipse sibi reseruans in præcipuas stationes, Moguntiacum, & uti intelligo Coloniam quoque Agrippinæ, e quibus prouinciales episcopos consilijs gubernauit. Adeptæ hinc duæ istæ sunt urbes quendam in certas aliquot episcoporū stationes principatum, quem Bonifacio honorem debent. Curauit autem ritè & ordine ita omnibus institutis, doceri quæ recentior ecclesia, Romanorum pontificum maiestati & successioni alligata probabat. Et firmus in uniuersa politia ea consensus admittebat. Submisserat se tum forte Theodorus Rauennatum episcopus Romano, qui prius se dignitate ei parem contumaciter adseuerabat. Quod subiectionis exemplum, quoniam in omnes Occidentis &

Romanahie-
rarchia è Mo-
se reuocauit li-
teram, uelum
et umbram, &
sciographica:
hec ueros Dei
cultus appell-
avit.

dentis & Aquilonis partes dimanauit, non ausi sunt Britanni-
cis illis ecclesiæ renouatoribus se opponere, qui in Rheni & Da-
nubij regionibus ueterem tenebant ecclesiastici ministerij for-
mam. Quanquam præter rationem est, fuisse ex nostris tunc ne-
minem præclarri huius dicti in synodo Nicena editi memorem,
quod monet cœuendas esse ueterum rituum in ecclesia mutatio-
nes, sub his uerbis *τὰ ἀγαῖα τὸν λεγατόν*. Sed quid potest unus
aut alter contra multitudinis iudicium, ubi præsertim supersti-
tionis semina tegere ueritate Satan potest? Quæ monachi do-
cebant, uidebantur non aliò quam ad pietatem & disciplinam
spectare, uidebatur tollenda esse consuetudinum inæqualitas,
quæ maxima tum fuit in ecclesijs. Placebat ergo speciosa illa à
Bonifacio in Germanicas ecclesijs inducta *πρεξία*, placebat po-
litica sapiencia: & in sacris operationibus, antiquæ simplicitatis
abrogatio. In monasticis coetibus probabatur literarum cultu-
ra, & disciplina canonica. Nec fuit illis adhuc seculis alia mona-
chorum species, quam quæ originem suam ad patriarcham Be-
nedictum refert. Literas discebat omnes, & ut ueteres ipsorum
bibliothecæ ostendunt, soliti sunt mathemata & naturæ cogni-
tionem sacrissimis scripturarum studijs coniungere. Quam discendi-
rationem animaduertimus in Benedictinis sodalitijs durasse ali-
quantulum ultra ætatem nobilissimi monachi Hermanni Con-
tracti, ac Mariani illius Scoti, quem ferunt monachum fuisse pri-
mum Fuldae, postea Moguntiae in basilica diuini Martini, eumqe
sepultum illic esse anno supra millesimum octuagesimo sexto.
Hoc quod obiter etiam indicat metropolitana collegia, studijs
& disciplina à monasticis haud ita multum fuisse discreta: nisi
quod fortasse literatoria fuerint monastica, plusqe Christianæ
modestiae præ se tulerint. Credebatur enim monastica uita, om-
nium esse optima: & quicquid eruditioñis & uirtutis mundus
habebat, id fermè latere totum sub monasticis pallijs. Quo mi-
nus uidetur mirum, cur ex Benedictinis familij, tot sibi ponti-
fices Roma initio elegerit, cur inde tot quoqe purpuratos in se-
natum suum consiliarios, in quibus ecclesiasticarum rerum car-
dines uertebantur. Moguntia Lullum & Rabanum ex uicina
Fulda ad episcopi munus uocauit, Halberstadiensis ecclesia Hai-
monem ex Hirsfelda. Cœperat nance Germania, Bonifacio au-
tore, procreare monachos, qui docere & ornare ecclesijs pote-
rant. Nec alios scriptores quam monachos, Germania initio tu-

*Christianæ re-
ligio decanta-
ta in Rhenanis
prouincijs fuit
circiter trecen-
tesimum à pos-
to Christo an-
num, collapsas
postea in orbis
uastationibus
ecclesijs, con-
uersi Fraci in-
staurarunt.*

*Prior Maria-
nus, Regino-
burgi docuit,
hic Moguntiae.*

lit: quorum omnium primum censeo fuisse Haimonem, quem
mox sequuti sunt, Rabanus, Strabus, Drutmarus, Notgerus,
Hugbaldus, Otfridus, Regino, Hermannus Contractus, Ru-
bertus Tuiscon, & quidam his similes, quos alias ad sermonis-
nitorem respiciens, dixerit fortasse omnes esse horridos & pro-
pterea contemnendos: mihi uero uidentur doctrina & simplici-
probitate & diligentia, nihil probatissimis etiam scriptoribus
concedere. Quod tamen in scripturæ explicatione erroribus
alicubi assenserint, sicut constat illos omnes de huius nostræ æ-
tatis disputationibus fuisse prorsus securos: condonandum pu-
to esse id nostratibus, qui nihil à Bonifacio, nihil à cæteris Sco-
tis, de arcana & peculiari ueræ ecclesiæ sapientia audierunt. Her-

*Hermannus
hic, corpore,
quod cognos-
mine indicatur
parum integro
fuit, at ingenij
uirtutibus pre-
ditus magnus,
nec genere suo
indignis: fer-
eur autem ex illi
stri Veringen-
sium reguloru-
natus esse do-
mo.*

mannus Contractus, ut generosæ stirpis & naturæ uir fuit, Dei
paræ uirginis laudes ex scripturæ sententia, non ex carnis affe-
ctu & imaginatione cecinisset, si contigisset ei suum Sangal-
lensem audire abbatem de gratia & iustitia fidei, & uera inuo-
catione, & similibus articulis docentem, ut de his docuit Pau-
lus. Quare nihil etiam dubitandum est, quin carmen illud suum,
quod in templis ad inclinantem diem, indies canitur: quodq[ue] ne-
scio quo genio tot & terras & maria peruersit, fuisset emenda-
turus, si quis eum admonuisset. Et de Haimone, Rabano, & Ru-
berto Tuiscone, quis nisi optima & sanissima sibi polliceretur,
si incidissent uiri illi, in grauissimas temporum nostrorum con-
trouersias: In quas Pontificia progenies, nostros homines pro-
ximis hisce annis, uiolenter penè detrusit. An arbitraris Verita-
tis amantes Germanos illos se se non fuisse altissima exuscitatu-
ros consideratione, si parte hac uidissent apostolicæ doctrinæ
lucem, parte altera profundum quoddam absurditatum in uita
& doctrina mare: egregij certè fuerunt theologi & cognitione
optimarum rerum instructi: sed temporum rapti tamen errori-
bus, non potuerunt, quæ consuetudo inuexit uiciofa reprehendere, & tollere omnia. Visitata multa boni consuluerunt. Erat &
ipsorum temporibus impietas nondum ita partium disputatio-
nibus reiecta. Quare etsi scripserunt interdum, quæ confirmant
superstitiosas opiniones de traditionibus humanis, ac scriptu-
ræ detorserunt sententias inepte ad institutum. Certi sumus ta-
men, illos admonitos, & ad conscientiæ agonem reuocatos, de
proposito fuisse cessuros, detracturosq[ue] in primis iustificatione
monasticis suis operibus. Rubertus Tuiscon, qui in Benedicti-
na familia

na familia sua, tanquam quidam fuit Philopæmen, quod est piè eruditorum postremus, in ripæ Agrippinæ Coloniæ opposita, uixit seculo D. Bernardi. Quisquis autem Bernardi per uoluta scripta, ex tragicis ipsius querelis perspicit, quò tum reciderit Ecclesia, quantis cincta tectaç fuerit tenebris. Quarum etsi partem aliquam uterçꝫ diuina eruditione & luce depulerat, ita tamen tenebrae erant densæ & magnæ, ut ne quidem ad dispellendas eas mille Bernardi & Tuiscones sufficerent. In causa, opinor, fuerunt quædam à Bonifacij filijs sparsa, & primis Ecclesiæ temporibus ignorata paradoxa. Quæ cuiusmodi omnia sint, non est præsentis instituti enarrare. Illud compertū propè omnibus est, neminem illis seculis, etiam ex his, qui propagandæ gloriæ Dei studio flagrarunt, non iuraturum fuisse, pontificis Romani aulam' esse unicam ueritatis sedem in terris, diuinatus ita ornatam, ut ex sola ea petendus sit uerus uerbi Dei intellectus, uerus cultus. Nec cœlestes claves, in ulla alia quærendas esse Ecclesia, quæ Romanam non pro orbis capite agnosceret. Atqꝫ res hæc cùm hoc se pacto habeat, fatorum incusemus sævitiam, aut certè peccata potius nostra, quæ barbaricæ huius in Ecclesia, seruitutis & dissidiorum causa sunt, damnemus. Nec cæcitatis & errorum mala deriuemus à nobis omnia, in uetus stiorum patrum nostrorum uel oscitantiam, uel timiditatem. Habet sub Francis Germanicum Imperium multos præstantes & in primis laudatos religionis doctores, ueluti inter cæteros supera memoratum Haimonem, & Rabanum Moguntinum: cui quidam tantam tribuunt rerum magnarum intelligentiam & laudem, quantam ipsius temporibus nulli alteri in ulla natione. Sic inuenio & maiorum prædicatione celebrari alterum illum Moguntinæ ecclesiæ episcopum Aribonē, & Burcardum Vormaciensem, Brunonem Virtzburgensem, Vilromum abbatem Martisburgensem, Bernonem Augiensem, & doctissimū illum Græcæ & Latinæ linguarum, in Corbeio Saxonie Paschasiū, aliosqꝫ nonnullos, quorum memoria debet uel hoc nomine grata esse nobis, quia quum ecclesiæ ipsi nostras docuerūt, fuit Romana dominatio modesta adhuc & tolerabilis: lucebat sub ea aliquid adhuc pietatis antiquæ, nec dum in defendendis antichristi neruis piorum cruore ita se resperferat. Pontifices in hoc toti erant, ut Ecclesiam, cuius arcem uolebant esse Romam, dilatarent, omniumqꝫ principum & populorum in Europa ani-

mos in se conuerterent beneficijs. Nec pœnitere fortasse, Germanos pontificij in se admissi imperij admodum posset, si tam non in Pontificū ipsorum successione & ordine, posterior priorem impietate semper superasset: uel si Germanicis saltē episcopis data potestas fuisse constituendi Ecclesias ex uerbo Dei, potius quam ex Romano spiritu. Quem si qui Theologuma apud nostros tractarūt, ad examen in paucis aliquot dogmatibus reuocassent, fundamentum illud inuenissent: quo innitur regnū, quod in Scriptura pingitur, à Christi regno per omnia dissidere. Haimoni, Rabano, & alijs satis fuit eruditionis & animi, satis etiam diligentiae & pietatis. Cæterum uicti tamen optimi uiri omnes sunt temporum opinionibus: inq; hoc decepti in primis succubuerunt, quod quicquid peregrinarum interpretationum Romana hierarchia in Scripturas intulit, id ipsi tanquam ē cœlo delatum esse duxerint. Sequuti, dixerit aliquis, sunt amplissimi pontificum collegij & publici in ecclesijs ministerij iudicium, quod sequi omnino illos decuit: pontificem quum uiderint Pipini familiæ, atque adeò Germanis ipsis esse amicissimum, perq; societatem eam florescere Germaniam humanitate, ciuili disciplina & potentia, & multas in Europa gentes pacari, doceri, & in unam omnes contrahi religionem. Et uefania existimari planè barbarica posset, si quum nostrorum ecclesiarum Theologi senserint pontifices Germanici imperij, gloriæ tantopere studere: suis ipsis disputationibus, hominum uoluntates distraxissent in partes, contraq; Pontificios cœtus aluiissent factiones. Evidem agnosco atrocissimum crimen esse, benè compositum rerum statum turbare, discordias ferere, & seditionis disputationibus studia communis tranquillitatis impedire. At uelim hīc, tuo cum animo reputes, an qui tam possunt multa, plausibiliter de exitialibus dissidiorum malis, de retinenda concordia & pontificum reuerentia & potestate crepare, afficiantur etiam oppressione ueritatis & gloriæ Christi, adeoq; ecclesiæ interitu: an didicisse uideri possunt, ad quam uocati militiam sint religionis & ecclesiarum inspectores? Longè falluntur, qui inuenire se posse confidunt rationem simul comparandæ prouehendæq; cœlestis notitiæ & tuendi quoq; sui ocij & honorum. Ea quæ nunc est, & semper fuit, dicandi cum errorum spiritibus necessitas, adegit haud dubie illos etiam Christianæ doctrinæ professores, in quoru mentionem hīc

nem h̄ic forte perducti sumus. Et appareat Rabanum, Haímonem, & alios quosdam ante annos septingentos habuisse impetus, ad certandum in hoc certaminis genere non segnes. Enarrarunt propheticos & apostolicos libros, quos qui religiose terit, uersatq; in ipsa uidet luce, multa mundo aliena & ignota: uidet scire nihil istos de uoluntate Dei, qui somniant regnum aeternum, quod est ecclesiam, ibi esse, ubi sunt multa extra uerbi Dei testimonium instituta sacra: ubi & imperia sunt, & felices successus, & opes: nec uero consentaneum est, illorum animos non subinde in Scripturæ tractatione aliò inclinasse, quam quales in ecclesijs cultus uidebant. Approbarunt ecclesiasticam politiam & formam, quippe quam uiderant multarū in Europa nationum confirmari suffragijs: & ἀναγκαῖα ipſi oderant, ceu tētērimam, & procul ab ecclesia depellendam pestem. Nec sanè indignum uenia esse potest, quod tam erat tempori accōmodatū. Vnum fortasse hoc in Germanis illis iure quis desiderauerit, quod in plerisq; maximi momenti dogmatibus, sola freti contentiō Ro manorum sacerdotum autoritate & sententia, omnem quærendi ueri curam remiserint. Qui si inter initia statim leoninam asino pellem detraxissent, plus hodie natio nostra haberet quietis, minus inuidiae. Sed impetu, quod dixi, communium errorum, ueluti uentis nauigantes retroacti, ad omnia animum non potuerunt intendere. Quemadmodum nec Carolus Magnus quæ se mirifica sanctitatis specie ingesserunt, ad insidias compara tā esse subodorari omnia potuit. Quem uirum tamen Franci adscribunt ordini illi heroico, in quo collocantur Cyrus, Ale xander, Cæsar, Constantinus & Theodosius. Suscepit autem, ut quiddam h̄ic etiam de probatissimo hoc Francorum & Europæ prop̄ totius principe commemorem, religionis & ciuilis disciplinæ custodiam & defensionem, anno supra septingente simum sexagesimo nono, post uarias scilicet mundi conuersiones & ruinas: longè etiam post ambitiosam illam summi iuris uendicationem, quam Romanus ἐρχεταις, Caroli demum imperio & armis firmissime muniuit. Quoniam uero multum in Germania tum fuit consilij & uirium, credimus adductum eum esse, non priuata solūm benevolentia, sed certo quoq; iudicio, ut potentiam suam contulerit ad tuendam illam ab episcopis constitutam hierarchiam, quam arbitratus uir optimus est pertinere ad communem orbis salutem. Et sanè graues causas uisus

Carolus Ma gnus eiusdē pe né sati cum Ce fare fuit: uterq; labantem ex prostratā rem Romanā ere xit: uterq; uitatis ex deletis hostibus impe riū unus ade ptus est, pacis artes uterque amauit, filiæ utrig; molestæ fuerunt: uterq; obiit anno aetatis 72.

est habere, cur illi in ecclesia tantopere fuerit gubernationi. Postquam enim superiorum temporum furor omnia turbaverat, & prophana mixta sacris erant, uidebatur res ipsa flagitare talem aliquem in ecclesiæ rebus ordinem: talem principem, qui omnibus orbis nationibus doctrina & pietate præluceret, & uerorum Dei cultuum conseruaret unitatem & symphoniam, & episcopos quoties postularerit necessitas ad deliberationem de rebus, quæ propriè ad ecclesiæ dignitatem pertinent, conuocaret. Huc oculus Carolus spectauit, his ductus est rationibus: consulere studuit posteritati, & animo quidem prorsus magno & philosophico. Quare illam pontificum structuram, illam in ecclesia œconomiam, οὐαὶ τὰ ὑπάλληλα τετέμνει, non modo non improbavit, sed uiribus etiam omnibus defendit, & quibus portuit officijs iuuit & ornauit. Nihil latere ibi suspicatus aut monstrificum, aut giganteum. Ante uero omnia curauit, ut illustraretur & conspectior in orbe fieret, cultu literarū, quæ continent religionis doctrinam, & cuncta humanitatis regunt officia. Extruxit in hoc multa passim docentium & discentium sacerdotum & diaconorum *κοινωνία* collegia: persuasum habens, illos in coenobijs sancte ex instituto eruditos presbyteros, inspectores, scripturæ mysteriorum interpretes, homiliarios, *τοιμαστοῖς*, diaconos, & discipulos, non exiguam partem esse Ecclesiæ: & sanctissimam esse militiam, sustinere in hac rerum mundi inconstantia, utilium & gloriam Dei illustrantium doctrinarum curam, & aduersus communem multitudinis ruditatem, illas tueri, custodire & dilatare. Subdidit ex hac persuasione, singulis ad doctrinæ uerbi Dei custodiā & propagationem, collocatis episcopis & abbatibus certum numerum uirtute præstantium, οὐαὶ τῷ φοβουμένῳ τῷ λύγιοι hominum: quos omnes, in Francorum equitum ordinem non adlegit tantum, siue, ut nunc loquimur, nobilitauit: sed certa lege, hæreditarijs dominij, arcibus, uillis, prædijis, saltibus, pascuis, uenationibus, & alijs huius generis emolumentis liberalissime munerauit. Sola hac de causa, ut in horridioribus Germaniae & Gallofranciae nationibus, commendabilius & magnificentius docendi in ecclesia munus redderetur. Quod quidē sperauit omnino fore, si uniuscuiuscè ecclesiæ docenti episcopo nobiliores familias, iuramenti religione coniungeret. Habuit hanc autem uerbi ministerio reuerentiam uir heroicus, non ignarus, quantu[m] sustineant difficultatis, ecclesiarum

ecclesiarū ædificatores, quanta, dico, res sit, inter asperas Aquilonis gentes, regere scripturarum interpretatione & luce conscientias, & uerorum Dei cultuum incendere desiderium, magnoꝝ illos propagare studio. Habuit & hominum nostrorum benē notum genium & pertinaciam. Reuoluti statim fuissent ad uetus deorum suorum cultus & execrables ritus, nisi ecclasiasticis prouinciarum præsidibus addidisset in defensionem & autoritatem stipatores equites, uirtute quidem & consilio nobiles illos, non rudes, & sine pectore Frācos, qui acceptis ex ecclasia beneficijs, grauissimos præsidum ipsorum, in apostolica plantanda doctrina labores & ærumnas, inferuendi fidelitate & obedientia lenirent, consilijsq; iuuarent & ope. Appellati equites isti sunt initio tabularij, forte quia relati in tabulas sunt, ut extet memoria officiorū, quę debet ecclesia. (Quo enim tempore Germanica nobilitas, theatrales suos adhuc agebat ludos & pugnas, & morū censura penes caduceatores erat, in heroum tabulæ communionem nemo admittebatur, qui opibus & formæ gratia tantum, ac non etiam sapientia & fortitudine militari plurimum ualuit. Et audimus Arcturi Britannici regis mensam patuisse, solis famæ & belli gloria præstantibus uiris.) Videtur nihil quæsitum à magno Carolo esse in constituendis ecclesiis aliud, quam ut qui consecratur ad præclaros & diuinos labores episcopi, optimos quosq; in populo habeant, uoluntatibus & amore sibi consociatos, potissimum uero illos tabularios, quos consentaneum est, à iuuandæ & ornandæ ecclesiæ officio, suæ primū stirpi illustre conquisiisse nomen. Estq; scelesta persuasio ecclasiasticarum rerum curam nihil pertinere ad nobilitatem. Etenim si excubias agere, ne falsis cultibus polluatur gloria Dei, mandatum omnibus est. Quanto in statione magis & in acie esse decet generosas familias, quæ præter hoc, quod in sanitiore hominum parte sunt, ex regalibus tabulis insuper etiam in hoc acceperunt autoritatem & uires, ut tueantur, lacerariꝝ non sinant, quæ ad ædificationē ecclesiæ, graui constituta sunt consilio. Neq; uero dubium est magnum Carolum, animo hoc secum agitasse, quum faceret equites Francos episcopis *wægasænas*, quomodocunq; quis tandem officiorum in tabulis comprehensum rationem interpretetur. Res loquitur, hanc consiliorum ipsius in tantis his donationibus fuisse summam, ut uoluntas Dei nostris innotesceret gentibus. Quod quidem ut fieret, non

ret, non potuit certè hæc ipsius esse sententia, ut nobilium hominum cœtus, satellites tantum essent eorum, qui sedent ad religionis gubernacula, quumq; disciplina & religio caderet *λώφα περιστοπα*, & confirmatores errorum & adulatores iniustis ipsorum seruientes cupiditatibus. Iniquissimum fuerit de maximo honoris Francorum heroë sentire, tanquam similis exitisset alicui illorum, qui, ut latè imperent, pro suo commodo & occasione religionem inflectunt. Quam gesserit uoluntatem, quó ue ductus erga pietatem & philosophica studia instinctum sit, potest uel sola Lutetiana schola, quam sapientissimè instituit, comprobare. Videlicet postquam literarum possessionem Ecclesia amisit, ex quanta luce, in quantas tenebras reciderit. Videlicet nullum iudicij robur, nihil in ratiocinando sanitatis; sed putida esse omnia apud illos, qui in docendo, Græcarū artium lumine carent,

Sic in densis illis ita olim in uestis tenebris querendum lumen est per annos.

& apodictices nullum tenent usum. Reuocatis igitur tanquam ex orco literis in uitam, duo Lutetiæ & Papiæ Musis pulcherrima erexit ædificia; nota multis fundationum in his est magnificencia & eruditorum hominum, in Parrhisiorum præcipue Lutetia, fructuosa celebritas & frequentia. Magno Carolo debetur hæc gloria, qui quum uellet illuc esse doctrinarum arcem, qualis quondam Athenis erat, tanta illam prouentum & possessionum amplitudine locupletauit, quantam uix eam omnes Galliæ & Germaniæ, quæ inde postea natæ sunt academiæ possunt æquare. Tentarat tale aliquid prius Bononiæ Theodosius, qui stipendia, nouo exemplo, primus circiter annū à nato Christo quadringentesimum & quinquagesimum, certis professorum ordinibus constituit. Sed influxerant tum gentes Barbaricæ in Italiam, aliæ supra alias: tanta ferocia, ut non potuerint, non cuncta cum ruente imperio ruere. Gohti, Vandali, Longobardi, & alijs, eruditionis extinxerunt lumen. Estq; Carolus, primus Francorum, qui literas magno & ardenti prorsus studio amplexus est, & extinctas denuò accendit. Quo sane facto, tam lucet clarè Francorum gloriæ perpetuitas, quam in omnibus a se fortiter gestis rebus alijs. Verè præclarum Deoq; gratum munus est, publicis mederi malis, & sapientiæ inferre in populum artes, studiaq; excitare ueritatis: quæ retineri in terris, absq; cœlesti literarum beneficio nunquam diu potest. Accersiuit hoc proposito in nouum, quem Lutetiæ Musis aperiebat ludum, quoscunq; ea ætas tulit uirtute & doctrina eminētes; necq; enim

qui in-

qui ingenuè & liberaliter institutus à præceptore Albino, & usu insuper rerum excultus fuit, non attentissimè considerauit, quæ tam in ciuili, quam in ecclesiastico cultu, uisa sunt esse necessaria. Antiquum reparare non dabatur morem, proximum igitur erat, ut qui religionem amabant, aliqua diuinæ bonitatis significatione per eum erigeretur. Si repurgari plenè tum Christianæ doctrinæ fontes, qui foedissimè contaminati erant, potuissent, nullum profectò Francus hīc refugisset laborem, nullis pepercisset sumptibus. Doctos homines, & in his cum primis Bedæ auditores, conquisiuit per cuncta Nursensis benedicti sodalitia, & omnium, qui tradere sacra & disciplinas dextrè nouerant, laborem & fidem honoribus & præmij prouexit ornauitq; cumulatissimè, pretium literarum intellexit, multoq; id estimauit carius, quam nostra hæc ætas solet. Et extant pleraq; adhuc in scholis passim uestigia, quæ non obscurè indicant, sapienter & grauiter eum de doctrinarū studijs iudicare potuisse. Aristotelem, quem cognouit omnium optimum docendi esse magistrum, consecrandum scholæ proposuit, quatenus saltem methodo, ille rerum causas docet uestigare. Nam ubi disputat de prima rerum origine, deq; genij & hominis anima, aliter quam de his docet Hebræi, à quibus studio uidetur dissentire uoluisse, meritò fastus hic illius, ex omnibus scholis procul eliminatur. (Historia creationis refutat physica rerum principia, quæ Aristoteles, argumētis ex hoc naturæ ordine sumptis, persuasus, coæterna primæ causæ esse credidit. Architectus Deus materiā & formam, solo uerbo ex nihilo condidit: qua de re doctrina illustribus testimonij patefacta est, cui assentiri malum, quam Aristoteli disputanti.) Nec Carolus scholis illum intulit, ut inde uel minimum Mosaicæ detrahieretur maiestatis sed quia nemo aliis inter Græcos & Latinos Aristotele extat inquirendi ueri absolutior artifex: & nemo est, qui perinde atq; ille philosophiæ conspiciendam magnitudinē dedit, rectè eum in studiorum gubernatorem delegit: nihil cogitans, aut somnians prorsus, de futilebus illis argutijs & cauillationibus, quibus Lutetianæ scholæ posteritas scriptorem hanc deformauit. Satis quidem constat, tantam à Carolo impensam esse in Musas liberalitatem, ut post infinitos illos Bellonæ furores, & humanitatis in orbe propè toto proculationem, imbuti rursus literis homines, feritatem morum exuerent & mansuescerent, deq; religione,

religione, & naturæ ac hominum rebus iudicare discerent, ut priora quædam iudicarunt secula, acutè & sanè aut certè tolerabiliter. Qui si corrigere & sanare mundi uitia non statuisset, quorū opus fuisset tot Lutetiæ collegia, ueluti plantularum hortos ad gloriæ Dei celebrationem extruere, & perpetuam in his instituere stipendiorum ordinationem: An existimari potest leuiter eum de optimis disciplinarum studijs esse meritum, quod tribus aut quatuor seculis extinctum literariæ sapientiæ lumen, in mundo rursus accenderit: Utinam qui per sequentes ætates in scholæ administrationem successerunt, pari solicitudine & iudicio commendassent docendi munera uiris, qui interpretationis & artium tradendarum donum, cum pietatis exercitijs coniunxissent. Sed res clamat, annis iam aliquot centenæ fuisse penè solos Lutetiæ in precio illos, qui ex scorti Babylonici calice biberunt; ebrijs facti, garrulitate sua totum dementerunt Occidentem: quos tam non tulisset Carolus, quām fuit idem heroica emendandæ Europæ incensus cupiditate. Ut sepultæ reuiuiscerent Musæ labores suscepit, & sumptus fecit æterna posteritatis memoria dignos. Absurdissimum itaq; fuerit, existimare probaturum eum fuisse Gothicas scholas illas, quæ ortæ postea sunt, ut iudicijs & moribus damnosam illam Lutetiæ natam sophisticen, latè qua Romana scilicet patuit ecclesia, disseminaret. Non enim aliunde inuecta rursus in orbem est tyrannica inscitia, quæ tot iam seculis excussit & obliterauit artes certitudinum: quæ ex usu, inquam, remouit notitiam antiquitatis & linguarum, naturæ sublimiorem considerationē, aliaq; cognitionum genera, quæ explicationi scripturæ Dei seruunt, & ciues ecclesiæ Christi formare possunt. Pectus habuit Carolus liberali eruditione instructum, fuit & uita huius non plena modò officij, sed comparata quoq; tota ad mundi tollenda deliria, ad abolendas præcipue ethnicas & tetricas opiniones, quibus doctrinarum studia obruta esse uidebat. Nec uero, qui ita affectus est, non odisse & execrari Centauricam illorum stupidatē potest: qui quum ad gubernacula sedeant, non magnopere scire tamen laborant, quid Deus postulet: nec aliquo in discrimine ponunt, siue Ecclesia ueris & rectis ornetur iudicijs, siue cœleste literarum donum pereat in uniuersum: maximi uero ille Musarū duxit militiam, quia gratam eam Deo esse cognovit, Fertur, quodam tempore diuitum & nobilium liberorum ignauiae

ignauiae iratus, accendisse hortatione studia adolescentium & filiorum ex plebe; Fidelem, inquiens, nauate literis bonis operam, filij: in album uos adlegam prætorum, & in patrum curiam, senatores & episcopos ex uobis faciam. Significans oratione illa, pios angelos, recte dissentium esse excubitores. Et ingenuas artes esse in benedictione Dei, qua maximè omniū indigni sunt ocio & luxui dediti, illi in catherinis thrasones: quos propter Cyclopicam animorum barbariem, Diogenes non inscitè appellavit, aureo uestitas uellere pecudes. Ex alia uitæ norma metrus Carolus nobilitatem est. In aulam is suam attraxit, & ad interiorem suam admisit consuetudinē, fauoreq; complexus est, quo scunq; animaduertit præstanti naturæ ui præditos esse, & animorum acres habere ad uirtutem motus: quales omnino esse decet, qui anteferūtur dignitate alijs, imperiumq; sibi in alios sumunt. Evidem puto, non exiguum nobilitatis partem esse, si quis naturæ bonitate excellat. At quia uidemus tamen generofas huiusmodi naturas sæpe impetum aberrare, ac iudicio falli: uidemus & harū multas, malis corrumpi exemplis & artibus. Quamobrem pulchritù honesti, rationibus simul & famæ suæ consulunt, qui nobilitatis imaginem sibi in heroico hoc Franco, & ipsius contabularijs proponunt, in dolemeq; suam liberali aliqua doctrinarum cognitione excolendam regendamq; currant. Francorum equitum sub Carolo, hæc quondam cura, hoc studium, atq; ipsorum hæc potissimum fuit nobilitas. Gubernationem & militiam non separarunt à sapientiæ artibus, non à suo munere disciplinas, quæ animos ad uirtutis & honestarū actionum intellectum erudiunt, cogitationesq; longè à sordidis uulgī affectibus abducunt. Qua quidem in re sita Germanicæ nobilitatis ratio, olim fuit: quæ & diu post Carolum conservata est in theatalibus pugnis, magna seueritate. Vulgo dicitur, uerumq; compertum sæpe est, quibus quisq; maximè studijs princeps capit, id ijsdem uersari libenter huius quoq; aulicos. Sub Augusto, qui carminibus condendis delectabatur, fundere & conscribere uersus solita est omnis penè Romana nobilitas. Carolus quem ex uirtute & gestarum rerum magnitudine uerè magnum appellarunt, liberalium disciplinarū ignorantem in malis habuit. Quam & reuocata ad acrem considerationem superiorum temporum barbarie & grassatione, plurimum exhorruit. Cumq; in hoc totus esset, ut ad priorum tem-

*Carl, hoc sonat
quod uir fortis.*

porum sanitatem Europa à se, quantum fieri saltem posset, redigeretur, curandum præcipue ei fuit, ut non erigeret minus equestrem quam scholasticum ordinem, ad cupiditatem earum rerum, quæ ad morum gubernationē faciunt, optimumq; mentis statum pariunt. Neq; enim condere nouum, ut ita dixerim, mundum in interlinio illo potuisset: nisi hac parte equites & honoratores quoq; alios, suo ille exemplo, tanquam stimulo, ad secundam animositatis coniunctæ cum religione & humilitate, laudem impulisset. Et parte altera ordinis tum theologico, tum philosophico, doctrinarum quoq; ingrediendum aperruisset & monstrasset iter. In has natus scilicet curas erat, qui et si totam penè uitam in militia transegit, magnaç & difficilia bella gessit, isto raptus tamen ad literarum dulcedinem enthusiasmo est, ut inter medias etiam tubas & armorum strepitū, plurimum tribuerit liberali doctrinæ. Nocte uagatus ferè cogitatione est inter astra, quorum cursus dioptris explorauit: nam & rerum cœli consequutus non leuem peritiam erat. (Hunc de syderum obseruatione relegendi locū, hic mihi in mentem uenit Eginardus is qui in interiore Caroli archiuo, epistolarū magister fuit, de quo legisse me aliquando memini, in Olbiopoli ad Mœnum ubi cubat Eginardus, Carolum nocte quadam stellata spectasse astra: filiam uero huius natu grandam & nubilem, amoris incensam facibus, Eginardum ea nocte, ex humeris pendentem baiulasse per niuē, ne mane quis alia quam mulieris uestigia in cubicula gynæcij deprehendere posset: factum id uero uiduisse Carolum, ac ut par est doluisse, remq; uicto dolore, postero statim detexisse die, casum exponendo in Principū corona: ita ut de quo loqueretur, odorari nemo potuerit. Casu in genere exposito, sciscitatum esse de poena merita, ubi quum audisset non nisi cruces & ignes, iussit Eginardum & filiam ad se uocari, quos pauca præloquutus, copulauit: tuam, inquiens, Eginarde do tibi portatricem in legitimam coniugem, cuius te uideo amore esse captum. Nec iræ signum aliud dedit, nisi quod in se culpam reiecerit: nubile non elocando. Aiunt, ex hoc Eginardo apud nos descendisse præclaram comitum familiam.) Et hic Carolus musices ita perceptas etiam tenuit proportiones & leges, ut in ecclesiæ componendis cantibus, nouorū potuerit autor esse modorum. Gregoriani musici, præter doriū & fortasse phrygium, nullū in templo prius admiserūt modum. Noster uero Carolus animad-

animaduertens scripturæ quædam carminibus apta uerba, conuenire tropis quoq; cæteris, ueluti hypodorio, hypophrygio & hypolydio, arte istos etiam sicuti & alios in tonos octo commutatos introduxit, ut Ecclesia omnem scripturæ uerborum ~~deivat~~ ac potentiam, congruentibus sonis exprimere posset. Plato ex omnibus diatonicæ modulationis tropis, dorium unum duntaxat in ciuitatem suam recepit, sedatum nimirum illum & grauem aut masculum; at soni, uerbis si respondere debent, proponuntur in sacris multa celebranda nobis, quæ alio aptius, quam dorio aut hypodorio concinuntur modo. Variæ sunt animorum in Scripturæ uerbis incitationes. Alibi uides, ab hisci nos in mœrem; erigi alibi rursus nos in spem & securitatem, & in amorem rapi. Hic si non suis quæq; redditâ sonis acriter mouerent & ferirent corda, equidem non uiderem ad quem usum magnopere in templis musica conduceret: quam apparet, in significationem affectuum, religioni præcipue esse adhibitam. Seculo Ambrosij proditur non admodum recessisse procul à distingua & clara uerborū scripturæ recitatione, sed & neq; Carolus, & ante Carolum Gregorius, alio consilio musicos intulerunt in ecclesiam modos, quam ut certi aliquot decerpti ex sacris literis loci, concentuum suauitate conspectiores, in coetu Christianorum redderentur. Ad quid, uero boatibus repleantur nunc tempa absq; mente, *καὶ ἀντί τελῶν*, & arte, dicant, qui ueram suis defraudant Ecclesiam, & in huius eleemosynis helluantur. Mihi uidentur antiquiores huc potissimum in sacrorum cantuum compositione respexisse, ut modulantium sensus, ad uerba, quæ canuntur, sisterent, ac ueluti ligarent, non fracturis uerba perderent: quo minus credendum est, hanc eos fuisse laturos in ecclesia consonante disparium uocum misturam. Quæ quum ignota ueteribus, & post Carolum reperta tandem fuerit, mirum uideri potest, cuiusmodi extiterit sonorum concinnitas, qua illi olim musici tam fecerunt stupenda in animorum compescendis tempestatibus miracula, de quibus commemorare nunc nihil attinet, quod ad ætatum cognitionem nihil res hæc faciat. Reuersus hinc igitur ad sermonem, in quem casu sum deductus, Lectorem plenius scire ista cupientem cohortor, annales ut peruolet, & principum populorumq; in his attentè obseruet sensus, naturamq; temporum, per quæ Caroli familia imperium tenuit. Reddita sub ea mundo rursus aliqua est sere-

*Quæq; harmō
nia genera ali
quid peculia
ris gratia ha
bit, sius phry
gio inest diui
nus impetus, do
rio gravitas,
lydio bacchic
furoro, inio bi
laritas & la
cunia.*

nitas, pacarat enim Occidentis fines Carolus, & cum Nicephoro imperatore Græco societatem ita iniuit, ut orientem ille, Carolini uero Occidente, bicipitis aquilæ auspicij gubernarent. Neq; uero hæc ipsorum amicitia orbì parum profuit: ab Hunorum terrore liberabant Franci Germaniam, à Barbarica seruite Italiam & Romam, & à Sarracenis Hispanos. Saxones exer-
cuit longo & asperrimo bello Carolus. Pertinaciæ causam non nullam dederat Hermes deus Saxonius, quem ferunt in templi sui tholis habuisse tantum trophæorum & sacri auri suspen-
sum, quantum nullum aliud tum habebat in uniuersa Europa idolum. Extant alibi in Saxonibus uestigia adhuc occulti cuius-
dam à Carolo constituti tribunalis, quæ satis indicant, quām pro aris acriter pugnarint. Sed generosis Francorum spiritibus nihil non peruum, aut penetrabile fuit, quamdiu Germaniæ se

*Gallofrancia
coniuncta Ger-
manie.*

*Aristocracia
Germanica.*

*Vitechundus,
idem quod latè
notus est, quasi
dicas Clarißi-
mus.*

Gallia coniunxerat. Fuerunt autem fortissimæ duæ illæ natio-
nes coniunctæ centum amplius annis: à Carolo uidelicet, usq; ad Ludouicum Arnulphi filium: quo temporum curriculo, et si non longo, ingentes res à Frâcis sunt motæ & gestæ. Parta sub his est Germaniæ sua libertas, quam hodiernum in diem retine-
re natio nostra conatur. Instituta Principum in Germanico re-
gno, omnibus hactenus neruis defensa aristocratia est: aperta
ianua sub his est paci, ciuilibus studijs, & literis, & religionis cul-
tibus, quales eos monstrabat Romanus hierarcha, cuius auto-
ritas in tam religiosa admiratione gentibus nostris fuit, ut hu-
ius leges si quis accipere recusasset, protinus is ad diras proscri-
ptus potentias fuisset. Et potuit Saxonia, in tanta hac sua seu stu-
piditate, seu opinione, ad noua facile conuerti sacra; fidem siquidem sanctitati fecerant monachorum greges, qui superato per
Francos Vitechundo, spoliatoꝝ & euerso diuite illo phano,
quod in Vitechundi potestate erat, hortatores fuerunt ad reue-
renter sentiendum de studijs doctrinæ coelestis, de ecclesiastici
ministerij dignitate & beneficijs, deꝝ adeò luce illa mundo do-
nata per pontificios legatos, & præsides: quam comparatione
attollere uerbis quantum uolebant, poterant: in conspectu
nanq; erat Saxonum & Cymbrorum, item & Balthici maris ac-
colarum execranda morteꝝ mulctanda, in falsa numina sua, cæ-
citas & latria. Contrà uero, in frequentia illa aduenarum, quos
ad docendum & nidulandum miserunt in septentrionem hie-
phantæ Romani, uifus est ardens lucere spiritus, probataꝝ ual-
de ipso-

de ipsorum est modestia, & religioni congruēs disciplina. Proferabant & se in his non parum multa ingenia, inter quos, quod uetustiores bibliothecae adhuc testantur, consequuti docendo & scribendo præcipuam laudem sunt Britanni. Quibus simul atq; cognitum fama fuit religioni, & literis apertum esse, à Francis septentrionem, magnō in eum numero conuolarunt. Narrant, sacerdotem quendam Britannicum cum coniuge fuisse quoq; tum in migratione, & ex itinere, quod tuterū ferret uxor, commoratum tantisper Moguntiæ esse, donec grauida pepererat. Fertur eo autem enixa partu esse, Gilberta puella illa literatissima, illa q̄e mentito sexu, monachum maritum suum sequita est, per Latina & Græca multa uagante cœnobio. Quæq; extincto tandem marito, electa à Romanis patribus in pontificem est, summumq; mundi nacta est honorem. Dubium uero est, ingenium ne & artes, an infandam huius temeritatē iustius quis miretur? Tam est hæc rari, aut nullius potius exempli fortuna. Appellata Romæ nomine est Ioaninis septimi, ut quidem Sabellicus numerat: Platina, Ioanniem octauum ait fuisse sc̄enam: quod ad præsens relinquimus. Proditum autem compēmus, dominam hanc eminentiæ simul & impudentiæ suæ finem morte fecisse dedecorosa & clara, anno pontificatus sui tertio, qui fuit à nato Christo octingentesimus quinquagesimus sextus. Quo tempore Ludouicius quartus, Francorum & Occidentis imperio inaugurabatur. Carolus Crassus Ludouicum suum hunc patrem sequutus postea est, anno supra octingentesimū, octuagesimo tertio. Et secutus Crassum Arnulphus haud longo sane intervallo est, & Arnulphum postremò filius Ludouicus, qui finem Carolinæ stirpi fecit anno noningentesimo tredecimo, postquam annos scilicet sex à patris morte puer imperij retinuerat possessionē. Dici paucis non potest, quam se hoc sexennio rerum momenta uerterint mirifice: quæ & structæ insidiæ Ludouico sint ab his, quibus uisus est tantam rerum molestiam sustinere non posse, quibus & omnis incubuit cura, imperij decus & nomen in suam transferre familiam. Decursa enim Carolinorum uidebatur iam esse periodus, nouusq; in Parcariū fusis inchoatus imperator. (Mutationum & uicissitudinum illarum in imperij, arcanas causas querunt alij in numeris, alij inter astra: & compertum attentissimorū hominum obseruatione est, utrumq; hoc in ordine causarum: quarum primam Deus

D. Gilberta,
sepulta Romæ,
nata Mogun-
tiae.

est, magnæ esse efficacæ.) Cæterum priusquam is quem fatæ uolebant mundo innotuerat, atrocissima exorta contentio est. Germanofranci Cunradum Hassum, principem cordatum & inclytum, in Ludouici successorem consecrarunt. Baioarj uero & Suevi & Lotaringij Carolum posthumum, tanquam legitimum regnum imperij, hæredem ex Gallijs accersuerunt. Exarsit ibi ergo ciuale & difficile bellum, quod Francorum uires grauissimè afflixit. Vicit in eo tamén Cunradus, uiamq; in clara uictoria inuenit, qua Germani, imperij sceptrum, quod commune prius utriq; nationi fuit, soli deinceps sibi seruarint. Nam ubi uitam posuerat Cunradus, qui Fuldæ anno noningentesimo & decimo nono tumulatus est, potiuntur rerum Saxones, imperijq; dignitatem consequuti, à Gallofrancis se dissociarunt.

Heinricus, idē quod siuum collens regnū est, seu domi diues. Otto, uetus, idest pater: postea ex alia pronunciatio ne Hudo, quod est custos: utrungq; principibus familia re nomen fuit.

Heinricus Ottonis Saxonici principis filius, iure quodam cognationis, quæ illius patri intercesserat cum Arnulpho & Ludouico, Francorum in se deriuauit ducatum. Et comparatis uiribus, ad imperij Romani fastigium ipse se, anno noningentesimo & uicesimo primo, hostibus frustrâ renitentibus, sublimauit. Non minore animi cōtentione affectauit Rubrechtus, Heinrici pridem creati imperatoris patruus, regium Francorum in Gallijs diadema, arbitratus, non cessandum sibi esse in tanta tumultuum & discordiarum, quæ accensæ in Gallijs tum forte erant, occasione. Cæterum, quem Rubrechtus profligare & sternere conatus est, ab eodem in pugnæ acie ipse sternitur & occiditur. Carolus posthumus Galliarum regni hæres, inq; adeò regem pridem assumptus & coronatus, Rubrechtum uicit; eaq; animatus uictoria, ad Rhenanas se terras cum instructissimo exercitu conuertit, castraq; metatus est in Vangionum agro, ubi Francicum repeatebat ducatum, quem dixit ad se iure pertinere, & non ad Heinricum Saxonem, qui, ut paulò antè meminimus, Francicæ se inseuit stirpi, ut titulum haberet inuncandi amplissimum Francorum in Germania principatum. Vide uero, quem hæchuius audacia sortita euentum sit. In Germaniam uenit dimicaturus cum Heinrico de possessione Frâcici ducatus, quem quum studet Gallico regno recuperare, ab utroq; excidit. Congressus cum eo tantis uiribus est Heinricus, ut compulsus Gallicus exercitus fuerit deserere in acerrima pugna ordinem, & querere salutem fuga: ex qua proripuit, citato cursu, se Carolus in Gallicas suas arces, in quibus collocata præsidia habebat.

Rubrechtus, idest irrequietus.

Porrò

Porrò quum robur ei Heinricus iam fregisset, recrudescere facile potuit, prius in ipsum excitata seditio. Rubrechtus, quem Carolus in acie confudit, deberi sibi contendebat regium dia-dema, Hugo Rubrechti filius, & Hugo item alius iunior, eiusdē nepos, paternum autūmꝝ ius, hoc persequuntur enīxius, quo maior ulciscendi dominandiꝝ, ipsorum animis īiecta alacritas cupiditasꝝ erat. Quia uero Carolo fatalis impendebat casus, quod in tam turbulentis Galliarum motibus non ignorabant Hugones, exercitum, circunspecta oportunitate, contraxerunt: & quam dudum pollicebantur sibi in Gallico regno coronam ad se armis rapuerunt, depulso coniectoꝝ in carcerem Carolo posthumo, qui unus adhuc fortē ex Pipini agnatione supererat. Hæc solet imperiorum perpetua fortuna esse, ubi principes intestinis fracti dissidijs & cladibus, reprimere ne mediocrem quidem potentiam communib[us] præsidij possunt. Hugo Iunior, regum fert tueturꝝ nomen. Fuit autem origine Saxo, patre natu Hugo, matre Ottonis imperatoris sorore, princeps interim Gallicus, principatum quippe consequutus dudum in Gallico regno erat Rubrechtus Vitechundi filius: cuius uirtutem & fidem Carolus Caluus, in maximis bellorum difficultatibus & periculis probatam habuit. A Vitechundo itaq[ue] descendenterunt reges, qui Francorum in Gallijs sceptrum iam quingen-
tos amplius annos tenuerunt.

I

Vitechundus Saxo.

II

Rubrechtus
filius.

III

Otto

fratres

III

Rubre-

chtus.

III

Hugo magnus.

Arnulpho charus.

III

Heinricus imperator.

V

Otto magnus imperator.

à quo descenderunt reges Galliarum, nuper Franciscus, iam Heinricus.

Hugo, hoc
quod cœsim fe-
riens siue uni-
co iectu hostem
interficiens si-
gnificat.

Amplissimum Francorum in Germania ducatum habuerunt priores reges in sua quoque potestate & fide. Sed postquā Cunradi primi temporibus, auulsi Galli à Germanis sunt, & Heinricus principatum hunc iampridem iure belli & alijs quibusdam titulis suum fecit, exciderunt post Ludouicum uel posthumum Carolum ab omni successionis iure Hugonici. Et erat hoc sane è republica plurimarum nationum. Quum enim Germania monarchas sola iam orbi daret, deserere nec potuit, nec debuitri pam Rheni, quæ Germanofranciæ nori exigua pars tum fuit. Erat autem nostris statim à Pipini familiæ exitu, cum Gallofrancis dissoluta societas. Quare ferenda horum dominatio neutiquam fuit, in principatu, in quo imperium Romanum præcipuos suos habebat neruos & robur. Puto, si Galli imperium potuissent Francico nominis restituere, eos principatum hunc, sub iugum semel suum iterum redactum, nunquam fuisse dimissuros. Videmus enim quām sint paucis his seculis facti dominationis & gloriæ audi, quām & Gallia principibus penè suis nūc sit orbata. Germanici imperatores, non ita suos paterna auitaq potentia & dignitate principes exuerunt. Francici nominis & ducatus possessionem à morte Cunradi primi tenuerunt annos circiter centum, retinere diutius eam potuissent, si publici commodi ratio id flagitasset. Sed quia uidebant gentem hanc sub uaxia illa sua dominiorum mutatione, in officio semper esse, & imperio parere, æquis passi animis sunt, ut quædā illius ad Rhæni Moeniorum præcipue ripas sparsæ, ditiones partirentur, inter obligatos imperio episcopos. Satis adhuc constat, quæ Cunradus Augustus, qui Spiris basilicam condidit, ad Rheni littus tenuerit, & ad quos deuolutæ postea tales sint possessiones. Est & notissimum, quām ex diuisione illa, cœperit dominari latè, qui antiquas Francorum sedes occupauit, & episcopum agere uult in toga, & in armis simul militiæ ducem. Tanta hæc episcopi incrementa acceperunt, regnaq constituerunt, imperatorum illo æuo, liberalitate & indulgentia. Consensu nobilitas, quæ maluit episcopos, quām externos admitttere dominos. Et fuit sane episcoporum gubernatio per annos iam quingentos placida satis. Quod uero sub ea hierophantæ Romani defixos haberint animos, in cogitatione potestatis suæ amplificandæ: id natio nostra uel non præ stupore sensit, uel dissimulauit, glorio sum & maximè pium dicens, admirari & sequi exemplū Heinrici secu-

rici secundi Augusti: qui mirifica quadam erga religiosos homines adductus reuerentia, sua dedit omnia abbatum & episcoporum collegis: persuasus Ecclesiæ & imperio ualde esse salutare, si qui in forte Dei sunt, & regulariter uiuunt, sapientia & consilio prodesse in communi possunt, cæteris in imperij senatu, sint potentia & opibus uel pares uel superiores. Non credo optimū principem sensisse aliter. (Is Heinricus Heinrici Boi ex Gisela Burgundiaca filius, natus anno 968 prope Reginburgum, sed educatus in Saxonia: primus sacerdotes & monachos ditauit: Chunguntidis coniugis suæ, Lotaringicæ dotem & patrimonium suum Bambergensibus sacerdotibus dedit: Pauonicum montem supra Vuitzburgū sublimauit.) Et odio propterea dignos existimo eos, qui in hac pietatis disciplinæ & morum ruina: secundi huius Heinrici autoritatem & beneficia allegantes, deuorare soli amplissimos redditus in ocio uolunt. Quo iure enim radiato pingetur capite, inq̄ habitu ædificatoris ecclesiarū Heinricus, si alere illos & beare tantum uoluit, qui afflictionem ecclesiæ Dei nec intelligunt, nec, si intelligeret, doctrinæ puritatem non mallent obscurare, & puritatis monstratrices literas extinguere, quam de suo prouentuū iure quicquam remittere: & his concedere temporibus, ut reges uideantur quoq; fuisse nutritores pauperum, qui datam fidem Christo, sanctè præstant, & Ecclesiæ salutem docendo promouent. Deceptos scimus omnibus ætatibus esse multos, qui ex sola rationis imaginatione, absq; singulari mandato Dei, templo & cultus instituerūt. At nunquam persuaseris tanta Heinricum hunc errorum circunfusum fuisse caligine, ut quos ad fastigium euerxit & locupletauit, armis uoluerit niti, non potentia uerbi Dei, & ueritatis & iustitiæ. Visus est in imperatorem quum unctus à Vilgiso Mogūtino pontifice esset, ecclesiæ & imperij res præ cæteris, ratione uoluisse moderari, & ciuilium bellorum arcere procellas. Orta inde fortasse opinio est, autorem fuisse septemuiratus in imperio, quam qua tamen euidentia tueri quis uellet, equidem ignoro. Nam nulla rei huius, in ullis temporum illorum annalibus comperta hactenus mentio est: & constat post Heinricum hunc, suscitata persæpe esse funestissima bella, non ob aliud, quam quia potentiores principum familiæ, contendebunt inter se, de successionis in imperio propinquitate & iure. Memorabile est atrox illud & uniuersæ Germaniæ nostræ luctuosum

Vilgisus, sonat
quasi dicas vole
lens ex parat
tas ad obsidis
recipiēdam in
se conditionē.
Sic Vileminus,
dicti uidetur pater
ratus galea &
arma sumere
pro patria.

Et eos bellum, quod Saxones & Suevi cum Heinrico quarto
 gesserunt. (Eo bello is Heinricus dignitatē suam propugnauit
 per tutorem Balbinum Flandricum principem, interfecti sunt
 Rudolphus dux Suevorū, Otto Saxonum dux, Erbertus mar-
 chio Mysorū, Gerardus pater Lotarij sexti, episcopus Vorma-
 ciensis & Madeburgensis.) Si electorum tunc cœpisset concilium,
 eius proculdubio sapientia & autoritate, minus fuisset mi-
 serabiliter ferro & igne uastata Germania. Successu patri Hein-
 ricus quartus, quū puer esset adhuc septennis, uidemus postea
 & alios simili quasi usucapiōne in hoc consendisse fastigium.
 Probabilius itaq; apparet constitutum hoc septem electorum
 collegium esse, in longo illo interregno, quod à morte Friderici
 secundi annos amplius uiginti durauit. Et non desunt, qui
 id cœpisse quoq; arbitrantur, sub Gregorij pontificum nomi-
 nis huius decimi comprobatione: & Rudolphum primūm esse
 omnium, qui principūm electorū suffragijs accersitus sit ad im-
 perium. Cæterum facere ista, de initio hoc ambigua, si quis au-
 daciam & scelus uult interpretari, culpam non tantū, si necel-
 se est, deprecabor, sed & libens ipse rursus me de sermone hoc
 reuocabo, in commemorationem hominum, quorum uirtus,
 per tempora imperatorum, quos Baioarij, Saxones, & Suevi
 dederunt, cognita fuit uel in religionis augendis cultibus, uel in
 literarum prouehendis studijs. Testes autem possunt esse ad-
 huc, tot in Germania & Gallia regales templorum structuræ,
 donationes, & cathedræ, quantam imperatores Germanici er-
 ga ecclesiam declararint reuerentiam, Heinricus, cuius paulo
 Germania magnificas basili-
 cas suas fere
 secundo, Gal-
 lofrancia suas
 Ruberto, seu
 Martis, Rubre-
 chto Hugoni-
 co:
 antè memini, secundus, & Rubertus, Hugonis, noui Galliarum
 regis filius, quem sacerdotum gens, æquè ut Heinricum cœlo
 consecrauit: suo hīc seculo, magnificis templis exornauit Ger-
 maniam: ille, Galliam: bono uterq; proposito quod euidem
 censeo esse laudandum. Vnum hoc tantummodo, uotis si quic-
 quam proficeretur, optarim, ut rectū ingressi iter, episcopi con-
 silia illorum gubernassent & uoluntatem adiuuissent. Instituit
 per se uterq; perpetuam stipendiorum ordinationem, & qui-
 dem non uno loco, sacerdotibus, quos putabant fideles in Ec-
 clesiæ ministerio futuros: autorq; item fuit etiam uterq;, ut prin-
 cipes alij suas facultates, ad templorum extictionē, & ad pios
 in his doctores & ministros alendos conferrent. Quod si euenu-
 tum prospexissent, & tam sua beneficia, ueræ ecclesiæ nihil pro-
 futura

futura audissent, factum hoc suum procul dubio fuissent execraturi. In culpa itaque sunt, qui temporibus ipsorum, magno cum supercilio docuerunt, sitam totam religionis substantiam esse in templis, oleo, aris, sale, suffitibus, lustrali aqua, geniorum cœlestium cultu, & sacro illo, quod suo opere, uiuis iuxta ac mortuis sempiternam parere & impertiri felicitatem debet. Indigna profectò res est, & ualde etiam deploranda, tam extitisse ubique tum in docentium & dissentientium coetibus paucos, qui sub tantis ecclesiæ patronis & nutritoribus cogitarunt, populoque inculcarunt quale opus sit Apostolicum ministerium, quo suam nobis Deus reuelauit uoluntatem. Præstissem ferè se Deo officium putarunt, egregieque ornasse ecclesias, multos si ritus in illas ex Mosaica *synagoga* intulissent, maximeque eas reddidissent opulentas. Desierat enim iamdudum in ecclesia honorata esse paupertas. Et qui consilia sua ad iuuandam ecclesiam referebant, unū hoc agebant, ut ditesceret, ut thesauros cumularet. Quam in curam uidemus præcipue excitatum esse Gregorium pontificem septimum, qui circiter annum à Christo nato millesimum & septuagesimum, legem pro ecclesiæ incremento tulit, quæ legitimus coniugii usus uniuersis sacerdotibus interdictum. Causam latæ huius suæ legis exposuit in Romana synodo, quæ gravis sanè fuit. Metuebat enim vir Apostolicus, ne Ecclesiarum opes, quas uidebat iam factas immensas, per sacerdotum matrimonium & liberos rursus diffluerent. Debebat autem crescere splendore & opibus Ecclesia: quare in plurimis facile assensum inuenit, legis exponens necessitatem. Cui ut parerent etiam cæteri, qui legem nimis acerbam atque idcirco intolerabilem querebantur, temperamentum excogitauit, quo placauit, erexitque offendos iterum erga se animos. Cœlibatum imperare perpetuum, cum natura pugnat. In concubinæ quiescere amplexibus, contra nocturnos terrores, non pugnat. Pro iure illo ergo, quod in suo pontifex conditum pectore habebat, statuit, neminem à sacerdotum repellendum officio esse, qui concubinæ unius contentus sit societate. Vides temperamentum, & legis correctionem, qua pulsæ sunt legitime, & meretricij nominis mitigata est asperitas, & opes simul in ecclesia aceruatæ. Nec potuit ad istum temperata modum lex non arridere episcopis, in quorum ecclesias influxerat iam auaricia & libido. Soli Germani, ut semper sunt cæteris contumaciores, reclamabant, Honorabile esse, sententia

tentia Pauli, coniugium, dictitantes; & fornicatores, nullam regni Dei partem tenere. Verum quia uisa ex aduerso est politicis uiris & sanctis in Romana urbe patribus, ordinariæ potestatis retinenda autoritas esse, & nequaquam labefactanda. Resque ualde uisa etiam indigna est, nolle propter communem tranquillitatem, recipere legem, cuius tam in conspectu commoda erant. Multi continuò exorti sunt, qui adseuerarunt sacerdotum coniugium pugnare cum iura diuino. Mittuntur itaque ibi, qui Germanorum animos argumentis caperent, edictisque à proposito deducerent, magna docentes cum seueritate, bellum omnes illos aduersus ordinationem Dei gerere, hostesque ecclesiæ esse, qui Pontificis maximi, & synodi iudicio & legibus refrangentur: quo suo fulmine deterruerunt in Germania Episcopos non sanè paucos. Debet enim dulce nobis esse ecclesiæ, ut ueræ patriæ nostræ nomen, cuius de doctrina consensu, nemō sanus non libenter amplectitur. Et est profectò mirum, cur illis temporibus, Moguntini speciosam legatorum, de ecclesia, deoque lata noua hac lege, orationem suos influere in animos non quoque permiserint. Cur & minacibus ipsorum edictis, nihil sint commoti. Feruntur legatis respondisse, cœlibatū, ad quem pontifex ipsos cogebat, spirare non modò nihil apostolicum, sed habere aliquid etiam à natura abhorrens: quamobrem rogare se, ut cum decreto hoc suo procul à Moguntina abeant diocesi. Quod simul atque audissent legati, ac responsum interpretarentur, multò datum esse contumeliosius, quam ut pontificis conueniat dignitati & magnitudini, alia rem uia sunt adgressi. Habebant id nanque in mandatis, ut ubi cuncte repugnaretur, stipati satellitio, coniugum uincula ui soluerent, & rebellium sacerdotum bona publicarent, coniugatosque omnes ab officio depellerent. Nam decretum, quod dudum, puto, in æs incisum erat, ueritat, ne matrimonio polluatur sacerdotiū. Videbatur enim non patere uia alia, per quam purum putumque satis id fieret: nisi isto renouaretur modo ecclesia: quod est, nisi patrum de oneroso pontificum politiæ coniugio, exempla abolerentur. Verum hic nescio quid aduersus immutabile hoc septimi Gregorij decretum Moguntinorum auribus, diuinæ uoci consentaneum, insonuerit. Violentam coniugum distractionē, quam legati tentabant, armata manu prohibuerunt, & ex legatis aliquos trucidarunt; ô audaciam, & grauiuendum poena flagitium. Resistitis

stitis Moguntini Romanæ sedis sanctitati, & apostolos huius
 interficiti; nec cogitatis, exitium esse detrectare autoritatē eius,<sup>Apostrophe
ad ueteris Mō-</sup>
 qui supremam in terris dictaturam gerit, tantasq; pro ecclesiæ
 utilitate curas sustinet. Magna est ingratitudo, magnus & stu-<sup>guntinæ eccl-
p; sacerdotes.</sup>
 por, bene merentis offendere uoluntatem, nec affici consydera-
 tione regni, quod peperit in ecclesia cœlibatus: quē si non com-
 mentitum & impurum dixissetis, non tanto ærumnarum & pē-
 ricularum sensu fuissetis tacti. Videbatis quid Romani molie-
 bantur patres, quò contendebāt; florere ecclesia debebat splen-
 dore, opibus, potentia & armis, sine quibus geri nihil magnum
 potest. Eam ad rem cœlibatus mirifice conducit, quòd quan-
 quam ipsi uos uel dissimulastis, uel non intellexistis, gloriosum
 tamen & utilem illum inuenerunt, qui in sacerdotum munere
 uobis successerūt. Vestra tamen hęc interim laus est, quod Pau-
 li & aliorum in prima ecclesia de coniugio sententiā non leuem
 duxeritis, quodq; legítimum sacerdotum thorum studueritis,
 contra mundi iudiciū, in natione nostra retinere. Si, qui sequuti
 uos sunt, pari constantia, spurcam illam exterminassent pudici-
 tiam, & deformitatem huius detexissent, ut prouentus fortasse
 tenuiores, curtiq; & accisi magis in ipsorum ecclesia & ærario
 fuissent, quām nunc sunt. Ita Christianæ inde nihil tamen deces-
 sisset ecclesiæ, quæ nunquam appellanda diues & ornata est, ni-
 si quum multos habeat & foueat, qui dignè in sancta uocatione
 ambulant. Externa illa, quæ mundus suspicit, & admiratur or-
 namenta, ecclesiam potius onerant & premunt, quām prouehunt.
 Quod quum aliās compertum sæpe fuit, tum præcipue
 deprehensum id in illa est mutatione, quæ ex inducto cœlibatu
 impendebat, ac statim etiam eueniebat. Antehac erant in colle-
 gīs, qui cœlestem doctrinam inquirebant, aut saltem amabant,
 & suum quoq; in ministerio mediocriter faciebant officium.
 Sed postquām Romanus hierarcha gradu pridem factus sub-
 līmior, suas cogere sub leges, imperij gentes, & imperatorem
 etiam ipsum tentarat, & ecclesiastici proceres illas propterea no-
 uas & regias curas de ecclesiarum tuenda augendaq; libertate,
 de prouinciarum defendendis finibus, de amplificandis redditī-
 bus, de dicendo iure, de pace, item & bello, & autoritate poten-
 tiaq; conseruanda sua suscipere cogebantur. Cœpit reliquus sa-
 cerdotum populus primū intelligere se literis carere posse, &
 scholaſticas operas contendentibus, ad status eminentiam ob-

M

sub hoc opum esse, non prodesse, longeçp alij opus esse studijs, si parare quis
 mundi studio, cui se Episcopi & collegia tra-
 diderant, pre-
 cipitata Theo-
 logia simul ex
 iuris sciëtia est
 à ueræ cogniti-
 onis certitudi-
 ne, in tumultu-
 antium opinio-
 nem quasi ba-
 rathrum, unde
 infinite per-
 turbationes in
 nostra hæc tem-
 pora redunda-
 runt.
 sibi uelit fortunam, & magnarum dignitatum titulis decorari.
 Nec ibi exoriebatur, qui istos collegiorum ad ambitionem &
 quæstum impetus refrenasset, ueteremçp in ijs conseruasset reli-
 giosorum hominum normam & modum. Ecclesiarum præsi-
 des alijs occupati curis inspectionem in literas, non putabant
 ad se pertinere. Et persuasum ferè habebant, leuem primarum li-
 terarum degustationē sufficere sacerdoti. Nec conducere posse
 ad religionē, si profundè quis se demittat in literatas artes. Fer-
 re interim tamen poterant, ut qui ualebant ingenio, & lectitan-
 di libros, & multa discendi incensi cupiditate essent, sacra pon-
 tificum consilia & iura peruoluerent: quæ qui in scholis expli-
 cabant, admirationem, & magnifica præmia mærebantur, quod
 nulla alia studiorum cultura reipublicæ utilior magisçp esse ne-
 cessaria reputaretur. Sacrarum declamationū ad populum da-
 batur potestas monachis, quibus satis ocj fuit, curiosas illas di-
 sputationes, in quas theologia, æuo illo, transformata est, disce-
 re & imbibere. Et pulchrè, arbitror, cecidisse, ut in illa ecclesiæ
 morū cōmutatione, qua suū ecclesiasticis collegijs partū & con-
 firmatū est dominiū, nati in mundū sint, Franciscus Assisius, Do-
 minicus Calagurita, & duo quidā adhuc alijs: qui monasticos du-
 dum antiquatos renouarunt titulos, proponente ad imitatio-
 nē altero sibi Heliam in Carmelo, altero eremitas. Per horum
 enim contubernia, in quorum singulis singuli ingentia mona-
 chorū, post se traxerunt agmina, conseruata nonnulla mini-
 sterij ecclesiæ, & ueteris disciplinæ uel umbra, uel species est, cu-
 ius iamdudum nulla in collegiorum regno extarēt uestigia, nisi
 hæc mendicabulorum exorta fuisset quadriga. Nec sanè nulla
 ratio fuit, cur uitæ suæ exempla uoluerint in ecclesia lucere. Pri-
 mū monachismum sciebant natum esse ex metu tyrannorum,
 qui ferro, flamma, & alijs cruciatibus extirpare Christum de ho-
 minum pectoribus conabantur. Secundūm, hunc suum, iudica-
 bant ecclesiæ profuturum, quia in ecclesiarum coetibus uidebāt
 summos iuxta ac infimos irretiri, uincīçp uoluptatū & opū amo-
 re, & dominandi ardore desiderio. Aduersus quem animorum
 æstum, credebant uiuendi genera illa sua, quæ in hoc politicæ
 ecclesiæ theatrum induxerunt, magnopere esse salutaria. Et pu-
 to certè salutem inde aliquam in communem hominum uitam
 fuisse

fuisse redundaturā, si cœnobitæ in eo hæsissent, uanitatum mundi fastidio, & recti arsissent amore, in quo primos ipsorum magistros perstitisse accipimus. Franciscus, in argumentum singularis despicientiæ mundanarum rerum, fortunas, quibus frui potuisset, reliquit, & ad infimæ plebis conditionē se abiiciens, laboribus & iniurijs ibi ferendis ita se exercuit, ita & ieunij & precibus & meditationibus animum suum in opinionem traduxit: ut putarit, nihil tam esse secundum naturam, quam uiuere frugaliter, demissè, castè & sanctè. Nec decet, sinistrè quoq; nos de reliquarum trium uiuendi rationum autoribus sentire. Videbant in episcoporum ecclesiis ruere ministerium, supposederunt humeros suos, eoq; uerterunt conatus, ut ipsorum labore, ecclesia rursus habeat sacerdotes, qui oculos defigunt ad uera & æterna bona: nam qui postea in societatem ipsorum confluxerant, omne sui propositi collocarunt præsidium in honorum & fortunarum contemptu. Vnde quis certò sperasset futurum, ut per quatuor illa mendicabula, rursus in Europam reuocaretur antiqua patrum probitas, rursus illa ipsorum in cultu uictuq; simplicitas & frugalitas: sed ô nimirum, in hos mundo mortuos spem uanam & frustratam. Est in propatulo qualem restituerint uel mundum uel ecclesiam. Grata memoria meritò nos celebraremus excellens illud ipsorum robur, quo Penitæ filij, delicias & opes mundi calcarunt. Nisi mendaces nos esse clama ret euentus, qui nimirum certus testis est. Tametsi dissimulare interim nequaquam possumus: extitisse in his nonnullos, qui porrecto in Deum animo, carni suæ frenum iniecerunt, & leuandæ aliorum miseriae inseruierunt. Bernhardinus, qui sub signis Francisci militauit, in contagiosissima quadam peste, desertos ægros, cum duodecim fratribus suis, inuisit, iuuit, baiulauit, & mortuos sepeliuit, que pietas acceptissima haud dubiè deo fuit. Neq; dubium est, quin plures tales uitam duriter, rerum æternarum desiderio, transegerint. Verum quid in tot myriadibus pauci facere illi possunt ad mundi & dæmoniorum in ecclesia reprimendum furorem? Albertus noster Laingius, Thomas Aquinās, cum aliquot similibus, clarum nomē meruerunt: idq; sub morum regula, quam Dominicus sectatoribus suis prescripsit. At dicas uelim, an illorum omnium labores & studia aliquod, faciant ad parandū bonæ mentis statum operæ pretium? Inciderunt in nouum quoddam & prius inauditum theologiæ

Franciscus Aſſiſſus.

*Laingius eſt
ad Danubium.*

Bellum sophisticum à Petro Abelardo, & ab aliquot Britannis excitatum. In quo palmam mereatur, qui ab altero potest dissentire maxime, & acutissime nugari, & alterum iugulare: concordie adeò nullò ibi laus est, ut ignominiae tribuatur, si quis de sententia sua, palam etiam absurdā, cedat, & sectā suam deserat.

a. Marsilius Ba-
taurus & Ioan-
nnes Buridanus
Occani disci-
puli, Lutetia
pulsi: Marsilius
Edelbergæ, Bu-
ridanus Vien-
nae, eodem tem-
pore cœperūt.

genus, cui ut acuti satis uiderentur, peruersè intellectum miscuerunt Aristotelem, quem antea, puto, Britanni, qui studiorum res Lutetiae temperabāt, autorem fecerunt duarum factiōnum, inter quas exarsit illud tanquam ciuile bellum, quod annos amplius quadringentos durauit. Necdum in monachorum imperio, totum esse soplitum audio. Arbitrati sapientes uiri sunt, plurimum communis studiorum utilitati accessurum esse, si in scholasticis diatribis pugnarent. Alij pro rebus, & nomina alijs tuerentur, & uarijs opinionum labyrinthis subtiliter omnia intricarent. Necliquet satis, qui in acerrima logomachia hac, primi duces fuerint. Hoc constat Aquinatem, Ioannem Scotum, Occamum, & postremò etiam⁴ Marsilium Edelbergensis scholæ nostræ patrem, suis quoq; temporibus militaria disputatorum duxisse agmina. Visus interim plus cæteris Aquinās tamē est, cum quadam diuinitatis existimatione disputasse: quamobrem caput meritus in picturis ille est radiatum, cum inspiratrice columba. Quem honorē fortasse impetrasset & Occamus, si Romanorum patrum spiritui θεολογούμενα sua uoluisset subiçere, & nihil sedis detrahere maiestati. Sed barbarus hīc uoluit in celebris theologorum & philosophorum congressibus disputationi, & inquiri, non illa tantum ad ingeniorum excogitata lulus & uegetationem, nugamenta: nec theologica illa solū, quæ in scholis tradebantur τάξεις, καὶ ἐπιτελέσθαι, καὶ τρόποι uestigatiōne perueniendum esse iudicauit, & disputandum liberē de rebus præcipue illis, quæ ad intelligendam Ecclesiæ doctrinam, & ad regendos in uita mores faciunt. Quare quum quædam præter consuetudinem, in disputationem adferret, ac inusitatā alienaꝝ ea sophistarum auribus uiderentur, protinus turbator ecclesiastici status proclamatur, & ad damnatos proscribitur. Causa proscriptionis erat, quia adeò fuisse dicitur Stoicus & rigidus, ut non modò à sententia dimoueri non potuerit, uerum etiam Romanæ synagogæ principis iram & iudicū superbē adhuc cōtempserit: quod graue sanè delictum fuit. A quo quantum sibi cauit Ioānes Scotus, Occami quondam magister, testantur abundē portentosarū uocum & spinarum plenissimi ipsius libri: in quibus uir iuxta prudens ac ingeniosus, maluit uel de asini umbra subtilissimè disceptare, quam commune hoc infirmare principium, quo scripturarum interpretationem ab uno hierarcha Romano esse petendam, docemur. (Ioannes Dunso

Scotus)

Scotus, & Rogerus Suicetus Anglus, duo hi potuissent ingenio certare cū Græcorū præstantissimis philosophis, si Græcorum artes degustassent. Et est certè dolendum, tam uehementia ingenia in solis stultarum subtilitatum cauillationibus fuisse consumpta. Scotus mortuus, Coloniæ Agrippinæ apud Franciscanos ex apoplexia est, anno millesimo ducentesimo octauo. Sicutus scripsit Ephemeridas in arte Cabalistica, & Calculations astronomicas, & alia quædam, circa annum millesimum trecentesimum septuagesimum.) Pari indormierūt securitati, quotquot uel Scotti uel Aquinatis, in studij ratione, imitati exempla sunt. Quorum audaciores uiam ferè munierunt sibi ad aulam Hierarchicam, ut res ecclesiæ sibi aspicerent proprius. Monachi hinc sua tot iactat̄ clara ex se orta lumina, tot prodijisse ex mēditate sua purpuratos, & imperio potētes patres, καὶ τριστεφάνους, inter quos, ut non negem fuisse aliquos, qui uirtutum multarū amorem conceperint, & aliquam rerum cognitionem bonitati naturæ suæ coniunixerint: ita nulos uideo tamen grauia contra inferorum portas sustinuisse certamina, in parte illa doctrinæ ueritatis, quæ propriè ad ecclesiam pertinet. Fuit totum penè illis in eo positum studium, ut suæ quisq; sectæ procuraret utilitatem, dilataret nomen, & in columitatē tueretur, moresq; eius & instituta & ritus plurimis inferret gentibus. Narrauit, annos ante, puto, septuaginta, Sabellicus Franciscum pauperem & contemptum quondam hominem, monasteria habere sexages mille: quibus interea multa accesserunt: quod magnam profectō pījs hominibus adferret consolationem, si in illa tanta multitudine, uel quisq; solummodo millesimus, cœlestis doctrinæ puritatē in orbe circumferret, ueramq; dei uoluntatis agnitio nem cursumq; infracto animo promoueret. Nidificasse feruntur nunc in nouiter repertis quoq; insulis, ubi si in admirationē ceremoniarū & sacrificiorū suorum rudes tantum accidunt, nec ludere diaboli artes aliter possunt, quām apud nos possūt, non ijs aliā debebit Ecclesia gratiam, quām monachorū debet populo: qui quod, dormitantibus Episcopis, de religionis cultibus, aliquot iam seculis, in Europa docuit, magna parte id ē putribus ignorantiae & errorum lacunis hausit. Quod culpa accidit potissimum tamen episcoporum, qui mundanis fatigati negotijs, mendicabula, quæ docendi munus & molem in se reperunt, non gubernarunt: neq; inquisierunt, an quod doce-

rent, congrueret uerbo Dei, & antiquissimorum exemplis comprobari posset. Quæ supinitas ansam illis dedit cogitādi de lau-
tiore fortuna. Prius de se documenta dabant alicuius in ani-
mo sublimitatis, aduersus blandientis mundi ludibria. At ubi
animaduerterunt præter se neminem tam bella populo infigere
posse somnia, & in obsequio hominum cœtus retinere, cornua
cœperunt sumere, efferreç se & inflare, exercere itē genuinum,
& furere conuicj̄s in eos, qui non omnia ipsorum probant deli-
ramenta. Peperit hanc autem eis libertatem Romana domina-
tio, quæ uidetur ius & habenas regendi conscientias monacho-
rum phalangibus cōmendasse: ut quia nusquā non suas illæ ha-
bent aures, omnia scrutentur & exquirant: & faces esse insuper
possunt ad crudeliter necādos homines, qui uerū scripturæ dei
intellectum, traditionibus, aliqua sapientiæ specie, errorum ca-
marinam tegentibus, anteponūt. Huc eruperunt res, hac fœdi-
tate conspurcarunt ecclesiam scholarum logomachia & mona-
chorum sectæ, quas præstaret nunquam esse in mūdum natas.
Nam sub his sepultæ sunt, quæ forte supererant, literæ. Sepulta
& tota illa est apostolorum & martyrum sanguine obsignata
theologia, quam qui reuocare & retinere in ecclesijs uolūt, mul-
tarum uirtutum copulatione opus habent. Nihil hīc fecerint
speciosæ & operosæ in templis ceremoniæ, opus agnitione & ti-
more Dei est, & ministris pulchrè in ecclesiæ doctrina eruditis,
& ueritatis patefaciendæ studio ardentibus. Quamobrem tuen-
da ornandaç literarum possessio fuerat, si qui claram sustine-
bāt in regenda ecclesia personam, serio uoluissent puriores cul-
tus conseruare. Densæ illæ opinionum in scholis nebulæ, quas
per iudicij infirmitatem admirati monachi sunt, appellandæ li-
teræ nō sunt, quia ad nihil sunt utiles: quia neç ad cognitionem
operum Dei, neç ad morum institutionem, ullum habent mo-
mentum. Et possunt fortasse Pontificum collegia, hac in parte,
non admodum peccasse grauiter, quod ociosas illas scholarum
futilitates, à communi sua remouerint intelligentia & usu. Sat
i us enim est studere parandæ fortunæ, quām titulorū sapientiæ
prætextu, donare inscitiam excellentiis cuiusdam doctrinæ no-
mine, & religionem & mores trahere in ruinam. Cæterū quum
adoranda Dei uoluntas tam se nunc in renatis literarum studijs
aperiat, tam & sanari hominum mentes doctrina uerbi sui De-
us uelit & postulet: iniiquissimè fecerint collegia, si pro consuetu-
dinis

Nulla uite
prefidia ex
scholasticis &
sophisticis pre-
stigijs petun-
tur.

dinis suæ uetus state, perrexerint diuina literarum munera odiisse & supprimere, & non uel tandem amissum ordinis suo recuperare decus, cogitareç quid ueræ ecclesiæ debeant. Immane sce-lus est, prætendere ecclesiæ nomē, & intueri tantum in caduca & friuola; nec commendatam Ecclesiæ doctrinam cognoscere, nec conferre aliquid operæ, ad conseruandum literarum lumē, quod nouissimis his mundi diebus, rursus deus accedit, ut hu-manorum pectorum stupiditatem & uanitatum mundi illusio-nes, aliqua ex parte, cernamus: ac inde promoti de ueteris sapi-entia diuinitate, aliquid quoç degustemus. Tribuant, si uelint, ueternum illum suum, quo oppressa haec tenus fuerunt, uel pro-digiosæ sophistices odio, uel pessimorum librorum multitudi-ni, uel fatali temporum uecordiæ. Mundi mutata nunc facies sce-náue est, & conuersus rerum ordo. Nihil nunc habent, quod prætexant ignauia. Vxores & sobolem non alunt, non mi-litant, reipublicæ nulla ferunt onera, census ex publico luculen-tos accipiunt. Antiquioribus seculis nondum illis tantum deci-mationum & facultatum ad literatum otium suppettebat. Nec poterant tum permoueri & capi eruditarum lectionum dulce-dine & utilitate: nam in cathedris regnabant nugacissimarum cauillationum magistri, & fastuosi monachi, qui molesta garru-litate sua, Musas quæ diuinæ intelligentiæ quædam quasi in ter-ris sunt imagines, ex uniuersa Europa eiecerunt. Quum autem rationem & uiam Musæ commonstrent, quæ ad omnium dispu-tationum inuenientiam ueritatem ducit, pulsas in exilium eas Afri & Lybici hospitio exceperunt, idç factū proculdubio sin-gulari quodam Dei munere & prouidentia est. Siquidem hunc tenet in transferendis donis suis morē Deus. Ita procurare sem-per hospitia solet ijs, qui exulantes uerihonestiç radicibus, inni-tuntur, quod ipsum oculos si habemus, nostra quoç ætate con-spicimus. Boni nutricios inueniunt, quantumcunç irascatur mundus. *τροφίς* isto autem excitat Deus. Sicuti circiter annū Hegiræ quadragesimum & uicesimum excitauit cordatissi-mum illum Afrorū, Granatenium & Lusitanorum principem Jacobum Mansorē, qui liberalium disciplinarum rectè æstima-ta præstantia, uiros doctos, undecunç potuit, in Marocenam fa-matissimam Afrorum urbem & academiam acciuit. Horumç ita ibi remunerauit industriam & labores, ita & prouocauit in-genia, ut ex Maroco prouolarint quodam tempore philosophi, mathematici & medici, quorum scripta fuerunt in admiratione

*Malus liber ex
quo accidere
uel corpori
uel animo per
nicias potest,
mala posses-
sio est.*

*Anni Hegiræ
isti, uidentur in
Heinrici uel
tertij uel quar-
ti tempora in-
cidere.*

toti propemodum orbis. Expergesfacta hinc Europa rursus est. Nec qui inter Hispanos, Siculos, Italos, & Gallos paulo sanius philosophati sunt, alios quam Maurorum in manibus libros truerunt: uiderant siquidem in cognitione rerum naturae illos esse accuratos: uiderant Græcorum philosophiam alia ibi forma & lingua proponi. Medicina, quam nationum nostrarum scholæ, aliquot iam seculis ex Syrorum & Maurorum libris hauserunt, nihil aut parum admodum differt à Græcorum medicina, nisi quatenus dissimilitudinē inueniunt alicubi interpretes, qui linguarum & phraseos nullam obseruarunt in uertendo proprietatem. Non improbatus medicæ rei scriptor Rasæ est, qui decem libros suos, quos ad Oribasij imitationem adornasse uidetur Mansori regi nuncupauit. Non sunt aspernabiles quoque cæteri, quorum multi physicam, chemiam, & illam de cœli luminis & aspectu energiam doctrinam, medico artificio coniunxerunt.

Vnum hoc gratiam illis detrahit, quod in malos inciderint interpretes, quodque Græci, qui in Constantinopolitano excidio Italorum fuerunt hospites, monstrarint fontes, unde tot suos in Lybicis regnis docti illi deriuarunt libros. Quos, amissa Hippocraticis & Galeni methodo, recipere nationum nostrarum scholæ sunt coactæ. Neque ea in re uideri posunt aliquid admisisse etiam reprehendendum. Non enim mali sunt Arabico stylo conscripti libri: sed quia Græci illis sunt meliores. Et dementia fuerit, optima non eligere, & sectari quum liceat: inglorium iuxta ac dispeditosum est, consenescere in barbarorum interpretum obscuritatibus, quum quæ uitæ nostræ breuitas est, maturanda sint studia, & uia nunc etiam ad Hippocraticæ medicinæ penetralia cōpendiosior pateat. Superioribus seculis fecissent bonæ literæ extremam iacturam, si scholæ abiecissent Mauritanos. Nunc mutata studiorum ratione, nihil periculi hic est. Quod scite & subtiliter sub sermonis uilitate illi docent, idem hoc à nostris hodie hominibus pertractatur copiose & perspicue: nec quum fastidiosius eorum nunc attinguntur libri, in ullum propterea ipsi suarum uirtutum & existimationis discriminem adducuntur. Fatendum est, bene eos de publico philosophiae in terris conservando bono, esse meritos. Illis enim temporibus, quibus magistri nostri ignorantiam, & quæ putidam olen fecem apud nos docuerunt. Afri, Pœni, Arabes, Syri, & alij qui Arabici Mahometi sacra colunt, studium posuerunt in patefacienda rerum natura, & uitæ.

uitæ utilibus explicandis doctrinis. Longum esset percensere omnes, qui suæ in literis eminentiæ famam, in remotas orbis partes extenderunt, suisq; disputationibus inuitarunt ingenia, ad antiquæ philosophiæ admirationem & cultum. Inter medicos, nominatissimus est Iudaicæ gentis Isacus, Solomonis Arabici cuiusdā regis adoptiuus. Et uideo Auenzoarem propter singularem in tradenda exercendaq; iatrica gratiam, ab exquisitissimo disputatione Auerrhoë commendari: quibus laudem uel parem, uel certè non inferiorem fert Hispalensis Auicenna: cui uniuersus medicorum ordo principatū in Apollinea arte, quatuor iam seculis tribuit. Et debetur illi sanè gratitudo & ueneratio, per quem Deus medicinæ usum tanto tempore in Europa conseruauit. Degenerassemus sub hoc cœlo dudum in bestias, nisi dulcissimæ philosophiæ huius tractationem Arabes & Poeninobis communicassent. Quo magis ridendi illi apud nos sunt, qui dum maximè festiui & eloquentes uideri student, Arabicos scriptores, atq; in his Auicennam in primis flagellant & lacerant, tanquam qui hoc maledicentia ius sibi sumunt, àrægætra prouersus essent, ac soli Arabes citra iudicium & modum & ordinem, alba & nigra, intellecta & non intellecta cōfudissent. Magna peruersitas est, quæ implicatè paruq; appositè dicta sūt, quasi uana statim somnia essent, cauillari: ac cætera omnia, quæ aperta & frugifera sunt, dissimulare. Evidē, in certamen descendendum si hīc esset, & æquus ingeniiorum præstantiæ daretur æstimator & iudex, dubitarim an Latini facere paria cum Arabibus possint: Loquorde paulò superiorum temporum eruditis, non de ueteribus; sicut Auicenna, nō uetus scriptor est. Floruit enim & generosæ naturæ suæ instinctu, excelsò nimirum loco natus: scriptis circiter annum Hegiræ quingentesimum & septuagesimum. Synchronus Auerrhoës illi fuit, qui quantum in ratio cinando sanitatis & acuminis habet, abundē id ipsius testantur monumēta: negari certè nō potest, eos ad diligentia & gloriæ Græcorū æmulationē contendisse, & optimos quosq; antiquitatis in Arabicam linguam transfusos uerfasse libros. Quod Fridericus secundus, Barbarossæ nepos, in Asiatica expeditione illa, qua Hierosolymam, Sydonē, & Tyrum, imperio recuperauit, & pacē cum Sarracenis sanxit, ita etiā esse compertit. Delectatus Sueus hīc mirificè est astronomicis studijs, quæ quum uideret in magno apud Mahometicas gentes pre-

Afri principis
Hegiræ faciūt
anno quo nos
à Christo nato
numeramus
591. Natus tū
credo Maho-
metus est. Al-
fonsus principi
um statuit anno
621. Alij quod
sonat etiam
Hegiræ uox, à
bellica expedi-
tione, quam
pro religione
Mahometus
primum suscep-
pit. Alfonsus
puto respexit
ad tempus,
quo lunaticus
Mahometus
adintus opera
Sergij, ex tri-
bus Gentium, In-
deorum &
Christianorum
religionibus
unam mundo
gratā cōposuit
cio

*Arabum lin-
guam, adultera-
ta Chaldaica
est, que habet
aliquid Hebra-
icū: latissimē
patet, propter
Alcoranum.*

cio & cultu esse μεγάλην σύνταξιν Ptolemæi, qua audiuit consummatam totius artis contineri traditionem, ex Arabica latissimè patente lingua, transferri in Latinā curauit: ut in Europam rediens, preciosum hoc opus, quod conuersum prius ē Græca erat lingua, scholis nostris pro militari donatiuo afferret: arbitratus maximè id fore gratum, quod nullum sit aliud sapientiæ genus, in quo tot quondam insumptæ regum opes fuerunt, per inde atq; insumptæ sunt in pulcherrima illa ē fundamentis extruenda astronomia. Sed quam, ô Iuppiter, gratiam potuit habere allatus hic Musarū partus, in nationibus & scholis, in quibus, soli in existimatione & honore erant, qui contra Musas, bella gerebant, omnesq; illos, qui ingenio & labore diuinæ uetus statis inuentiones excolere potuissent, de regno suo eiecerunt: Nolo excurrere hīc & exagitare nostrorum hominum penè similem in scholasticis imperijs uesaniam. Deum oro, ut effrenatam illorum aliquando compescat insolentiam, quorum autoritas collata hactenus fuit ad extinctionem studiorum, quæ scholis sunt necessaria & uerè propria, quæq; etiam Africanis & Saracenicis academijs perquam familiaria fuisse uidemus, in tot præstantibus inde exortis mathematicis, qui motuum cœlestium diligent & artificiosa obseruatione, à se contextam historiam posteritati reliquerunt. Nec est in studijs disputationum de cœlo uersatus, qui nescit illustre nomen esse Albategnij, nominati puto Mahometi etiam Aretensis, quem constat bibisse fontes Euclidis, Archimedis, & Ptolemæi. Sine quibus inerrantium syderum à prima Arietis stella non metiri potuisset distârias, non annotare loca, non ex collatione uetustarum obseruationum, anomaliæ motuū causas in his percipere. Optarim scriptorem hunc legi & intelligi posse ab his, qui tam audent effutire temerè, nihil esse solidæ eruditionis in Arabica literatura: cristas statim, scio, demitterent, si quantis ingenij uiribus ad cœlestium φαινομένων exquirendas causas opus sit, sentirent. Est uero inter Saracenicos astronomos Albategnius hic cæteris antiquior, syderum utpote cursus qui spectauit, & numerauit circa annū à nato Christo octingentesimum & octuagesimum. Post quem illuxit orbi Arzaël Maurus, Albategnio non inferior: cuius ingenium Deus flexit, ut obseruatorijs organis & demonstracionibus, motuum doctrinæ opem quoq; necessariam tulerit. Obseruationibus autem uenatus stellarū in cœlo sedes est, circiter annum

annum à uirginis partu millesimum & septuagesimum. Quem se-
puaginta annorū interuallo sequutus deinde est Almæon arti-
fex, in astrorum disciplina nobilis. Contemporaneus Almæoni
fertur fuisse Alpetragius, is qui quum Cordubensis Auerrhoës
eccentricos & epicyclicos orbes uiolentius impetisset, pertinaci
studio tentauit nouā excogitare rationē, qua uniuersa cœlestiū
reuolutionū ars tradi commodè etiam possit, absq; commenti-
tij; istiusmodi designationibus, quas, quia Auerrhoici tanquā
naturæ potentiae parum consentaneas rident. Nec possunt ta-
men inuenire cœlo aliquid magis affine, nec obtinere, ut hac
in parte cœdant eis Hipparchus, Archimedes, Ptolemæus, The-
on, & heroici artifices alijs, qui omnes fidem diuinitus monstra-
tis his orbibus, ex nunquam fallibili rerum consequentia fece-
runt. Numinum accidit cura ut Alpetragij inuentum, intra an-
nos haec tenus quadringentos in bibliothecis, absq; lectoribus
latuerit. Hanc interim fert Maurus uel Arabs; hic tamen laudē,
ut ualuisse tanto dicatur ingenio, quantum uix uni atq; alteri in
eruditorum millibus contingit. Quod saltem operæ pretium
hīc fuerit retulisse, propter illos, quibus Arabica philosophia
fordet, damnaturq; in uniuersum. Stultum quidem esset, reper-
tis frugibus, ad glandes redire. Sed doctum hominē decet, hanc
semper tamen sequi rationē, ut literarum statum Dei beneficio
pridem renouatū prædicaturus, non tam audacter, odiosa ad-
hibita collatione, adseueret, omnia barbarorum studia. meram
esse insulsitatem. Flagitium est derogare ingenij, quibus Vra-
nia tam fuit propitia. Certè non uideo naturam tam liberalem,
ut multa apud nos talia proferat ingenia, qualia illa fuerūt Ara-
bum, in quorum mentionem hīc fortè sum perductus. Digna
itaq; odio uanitas est, cōturbare studioſæ iuuentutis æstimati-
onem de Arabicis scriptoribus, similes quasi illi fuissent Gothi-
cis, quod est nostratribus *ταργι σωματον*, altercantibus sophistis. A
quibus isti Arabū barbari, siquidē ita quis eos contendit esse ap-
pellandos, *δις οὐ παράγει* absunt, nostratum loquacitati nihil bo-
næ rei suberat. Arabes uero studijs & utilitatí generis humani
consuluerunt. Atq; utinam Deus his nostris temporibus, qui-
bus cœlū ex antiquo suo motū cardine est, tales mitteret no-
bis barbaros, tales Albategnios, Arzaëles, Alhasenos, Thebi-
tas, Alfraganos: qui quod in syderaliū motuū supputationib.
post emendationes illas, etiam à maximis pridem tentatas inge-

*Contigit ipsi
Abenreisso, seu
ut nos pronun-
ciamus, Auer-
rhoi, & inter-
dum etiam Ari-
stoteli, Galeno
& alijs, ut que
ipſi animo ca-
pere non po-
terant (tanquā
omnia nosſet)
ea esse in natu-
ra negarent.*

*Quasi non lō-
ge plura sunt
in nostra igno-
ratione quam
in cognitione.*

nīs adhuc desideratur, sua restituerent industria. Videamus & admiramur illorum hominum in cœlestium φαινομένων scruta-
da uarietate assiduitatem & solertiam. Qui si in uitam reuocati,
uiderent motuum tabulas non respondere amplius obseruatio-
num euidentiæ, nullum non subituri laborem essent, ut calculū
rursus exquisitum haberemus. Non hīc publico studiosorū bo-
no defuturus sua opera esset Choræ filius Thebites, qui quām
in aplanetis seu inerraticæ sphæræ uestigandis motibus genero-
sē cum obscurissimis & propè inexplicabilibus difficultatibus
certarit, eruditis non est ignoratū. Huc haud dubiè fuisse quoq;
respecturus, sanctamq; hanc curam suscepturnus Alfraganus, qui
cum Thebite, cui coætaneus fuit, tempora propè attigit Frideri-
ci secundi, opusq; à se ibi, ad Ptolemæi in Megisto imitationem
editum, reliquit tam egregium, ut ex suo id precio & usu ferant
in Hebræā, Latinam, & alias quosdam conuersum esse linguas.
Adducitur, quod studiosi norunt, Alfraganus in testimoniu à
Sacrobustano uiro Anglico, qui sphæræ armillaris utilitates Lu-
tetiae aperuit, anno ducentesimo supra millesimum tricesimo
tertio: à quo deinceps non diu sub annum uidelicet à Christo
nato millesimum ducentesimum & quinquagesimum primum,
motuum tabulæ quæ Alfonsi Hispaniarū regis titulo inscribū-
tur, supputatæ sunt Toleti: quū Toletanæ ueteres, à ueritate pri-
dem defecissent. Mira commemorantur de liberalitate & ingen-
ti pecuniarum summa, quam rex hic in supputatores mathema-
ticos, qui ferè Hebræi & Mauri fuerunt, contulisse dicatur. O-
portet profectò, eum artis maiestatem & supputantiū operam
probè habuisse perspectam. Si, uti in literas relata fama est, qua-
ter centena aureorum millia, in illas multæ operæ supputatu q;
difficiles tabulas, cæterum caducas tamen, nec ætate nostra fa-
tis iam constantes & fideles erogauit. Vnde coniecturam facere
lector potes, quantum Alfonsus cœlestium rerum cognitioni
tribuerit: quanti fecerit hanc antiquissimorum regum philoso-
phiam, præ qua Romani imperij à nostris delatam sibi coronā
contempst: ut eò possit expeditius fugacem hanc retinere, pro-
pagareq; in terris sapientiam: & ostendere, Deo in tanti mune-
ris conseruatione religiosius etiam gratitudinem. Intellexit ar-
tium optimarum custodiā propriè pertinere ad Principes &
reges, atq; odiosam Deo esse ignauia, sinere ut pulcherrima do-
ctrinæ motuum cognitio deleatur ac intereat. Sicuti certè fuis-
set inte-

*Opus hoc Pto-
lemai, mole
quidē exiguum
est, sed utilitate
maximum: con-
tinet et res ma-
ximas, quare
non temere di-
ci cœpit
μεγίση.*

*Sic celebrata
est Alexandri
liberalitas, qui
Aristoteli ad in-
dagationē na-
ture animanti-
um dedisse pro-
ditur quadrin-
gēta et octua-
ginta millia co-
ronatorum: tot
enim faciunt
800. talenta.*

set interitura tota, nisi liberalitate sua acuisset diligentiam quorundam ex reliquijs Hebreorum & Maurorum, per quos adornata illa tabularum est editio, ex qua trecentis iam fermè annis syderum sunt cōputati & petiti motus: & est certè propter tantum hoc suum in Musas beneficiū, antiquis meritò annumerādus heroibus. Vnus siquidem ille est, qui hanc numerorum & cœli motuum doctrinam ex orco ueluti in uitam reduxit. Nemo in ulla usquā orbis parte prodibat tum tēporis aliis, qui discentium animos ad mathematum intellectum & admirationem exuscitasset. Græci, quod notū potest omnibus esse, scholas suas clauerunt multo ante Carolum magnum: illa uerò per Europæ nationes religioni & literis dicata collegia, ne primas quidē & leuioris operæ artes, rectè percipiendas curarunt: tantum aberat, ut in excolendis diuinis his inuentionibus laborem suscepissent. Et ruebant iam tum in Africa scholæ, imperiū postquam scilicet Marocenum conciderat, Mauri desinebant de cœli cursuum legibus, de sparsa toto orbe natura, ut prius, esse solliciti: ac ueteratorij studere coeperunt artibus: sicuti fit, ubi liberaliū studiorum custodes, quod est boni Principes à statione remorantur. Magnum itaq; operæ premium Alfonius fecit, qui curam hanc, quā Sarraceni, Mauri aut Libyci deposuerant, suscepit: ac lumen quod extinctum penè totum fuerat, ad posteritatem seruauit incolue. Perpetua autem hæc scholarum, quemadmodum & aliarum rerum, sub imperiorum conuersionibus, fortuna est: alia parte mundi delentur, alia instaurantur. Mutatum totum aiunt esse nunc Marocum, in quo & si literariæ aliquot ad hoc sunt scholæ, sicuti & in Fessana academia ferunt magna esse studiosorum iuuenum agmina. Quia tamen recta carent institutione, non possunt sentire, in quanto intelligentiæ fastigio uetustiores Aphri fuerint, & in quantis ipsi nunc uersentur tenebris. Qui se absoluisse putant eruditionem, si paucilò longius in grammaticis artibus progressi contexere norint Arabicos uersus, & Mahometi sui in Mecha, laudes, sacra, leges & bella quotannis decantare. Et poëmatis quoq; in illa sua lingua, quæ nobis aliquid supra Gothicum resonat, diuitum & magnorum hominum captare gratiam. Quod quāquam reprehendendum non est, sicut & fortasse laude non indignum uide ri potest, ut in ludis pueri, librum religionis à Mahometo proditum ediscere cogantur. (In Africanis enim scholis exponitur singulis nunc diebus sententia aliqua Alcorani, quam ediscere

*Alfonius, heredi
bus annumerā
dus ueteribus.*

*Mahometus,
Marisoris re-
gis maximifi-
lius, reliquit
moriens decēsi-
lios, qui quū in-
ter se de hære-
ditarij succe-
sionibus certas
sent, ademerūt
Christiani illis
Valentiā, Cor-
dubam, Hispa-
lim, & regna
alia: sequuta
hinc Maroci
eftruina.*

coguntur adolescentes: totum ubi memoriae insculperit, quod ferè fit septenio, splendide uestitur, Alchoranū tenens adolescentes & equo impositus conuiuio excipit commilitones, qui equitantem ponē comitantur, deiq; & Mahometi in comitatu ibi celebrant carmine laudes.) Haud tamen in illa ueteris ac ueræ philosophiæ destituzione, stimulari & exacui iuuentus ad res præclaras potest. Quo tempore Marocū portus adhuc erat, & statio doctrinarum, non ita Aphri studebant pecuniarum aucu pījs & deceptionibus, perinde atq; nūc faciūt. Honorata res iam est si pueri, qui celeritate & acumine ualent ingenij, in disciplina tradantur nugiuendis coniectoribus, geomantis, & somniorū interpretibus: quo hominum genere abundat Aphrica non minus his tēporib; quām Ægyptus, Phœnicia & Syria. Aiunt, in frequentibus emporijs neminem nauigare, neminem domū aut merces emere, aut coniugem ducere, non consulto prius geomante. Tantum tribuitur, in ueræ sapientiæ ignoratione, illis mendaciorum artificib; Qui quum in coniecturas acutis sint, celeresq; sensus habeant, non illibenter credo plus eos in prædictionibus posse, quām ipse potest ars, quam profitentur, geomantica. Sed quorsum hīc iterū excurro, paucis nostros moniturus adolescentes, ut grata memoria Alfonsum hūc colāt, aut Dei potius in eo prædicēt beneficia? Quæ omnino sunt maiora, quām ut aestimare possunt, qui inscitia & monstrosis suis opinionibus publicas in mundo discordias alunt. Tempus quo floruit, quō ueastrorum disciplinam ab interitu Alfonsus vindicauit iuxta ac renouauit, expressum paulò antē est. Decurrit ex eo annus iam trecentenus & sextus. Quot penē numeramus nunc etiam annos à tempore, quo Germanicus sermo cœpit pri mūm Latinis characteribus signari, qui sub Friderico secundo scribi nondum potuit. Nec facile Germanicum scriptum dabis secundo Friderico uetustius, quod saltem prolixum sit & rem se riā complectatur. Rhithmos nō nego inueniri seruatos forte ex Caroli magni seculo. Cur uero nostri homines ita sero cœperint cogitata sua Romanis notulis significare, causa non alia, quod equidem puto, est, quām quia Germanica lingua à Latina diuersissima est, atq; idcirco proprias quasdā postulat literas & peculiares diphthongos. Et quia ad hæc, quod difficultatē non parū quoq; auxit, soliti Germani sunt multas cōsonātes absq; in teriectis uocalibus sub una syllaba pronunciare, idq; more modōq;

*Sepe plus est
in artifice, quā
in arte, quo in
Chiromante
Coelit ita esse
non absq; ad
miratione con
speximus.*

*Quo tempore
cœperit primū
Germanica lm
qua scribi.*

*W, propri
Germanica li
tera est.*

doç Sarmaticarum quarundam gentium, quas audimus interdum quatuor aut quinque consonantes absque uocali efferre, peregrino & diffcili nobis sono, qui scribi certe literis non apte satis potest. Prolatio itaque scribere tentantes absterruit. Quæ si hodie esset, cuiusmodi annos ante quadringentos fuit, scribi ne nunc quidem posset. Scribi uero ita potest, ut uix alia hodie in Europa sit, quæ tot continent librorum genera. Nihil de huic hic dicam ornamentis, quæ non ita multos ante annos induit. De illa uocalium literarum loquor insertione, qua primum cœpitali quanto fieri tractabilior & modulatior. Exculta nostris his demum temporibus est, cuius incrementū, quod in ueteribus diplomatis apparet, non potuit profecto esse festinatū. Peregrina illa sanctorum dei, quæ in baptismo induntur nomina, inducta receptaç in consuetudinem primum Germanis sunt, à morte Friderici secundi, unde linguae horrore non nihil etiam decessit, Ante hac gentilitiæ, quod est Scythicæ fuerunt appellations. Qualibus adhuc familiæ quædam delectantur, quod uideant Græco more eas magna parte confitas esse, ad exprimendas antiquissimæ Germaniæ uirtutes. Nec recte propterea faciunt, qui quum in fera ista nomina incident, dare Latino flexu & sono gratiâ ijs studēt. Nam ^{a.} ubi Latina quæritur euphonía, amittitur propria in his significatio, quam unam ueteres Germani spectarū, & in memoria esse uoluerunt. Apparet autem in multis nomenclaturis habuisse illos singularem delectum, nomina ubi indiderūt alijs ab ingenio & moribus, alijs ab officio, alijs à fortuna, alijs à fortudine militari. Et de hac quidem posteriore, sumpta maxima fermè pars est. Gens etenim hæc studuit semper æquare facta maiorū, & in hostium figere tentoria campis, quærereç ex Marte gloriam. Quanquam non solo Martis interim munere tam extulit in orbe caput. Nam sydera ^b quoç uerticalia habet, quæ quum propriè Saturni & Mercurij ingenia referant, nihil alienum à naturæ ratione fuerit, si Germanicæ nationi tribuamus saltem in genere, cogitationum etiam firmatè, consilia, industriam, & inuentionum nouarum studium. Atç has quidem ἀπογέων, ex coeli potestate: cui si per μαστιλόγος, qui implacabiter astrologiæ irascuntur, liceret, adscriberē equidem non illibenter Germanica inuenta factaç quum alia quædam, tum illas in primis machinas, quæ à terrificis sua trahunt nomina bombis: adscriberem & typographica ei præla: quæ

^{a.} Sic corrupte dicitur Pharamundus, pro Vuaremundo: Ariouistus pro Eruuesto: pro Heremanno. i. exercitum uiro, Arminius: Arnoldus, pro Ernholdo: Ferdinandus, pro Vuerde manno, Dagaber tus pro Degen uerdo: degen. i. heros & pugno etiæ. Vides in omnibus appellationib. ali quid esse excitationis ad uitutem.

^{b.} Sua cuique gemitu lucent sydera, quæ in agèt iū causarū ordine, post deū, uires subiectis fibi terris imprimunt peculiaries.

*Germania mū-
do artes supe-
riori seculo de-
dit bombardī-
cam & typog-
raphicam.*

duo eminent, suntq; his temporibus toto nota orbe inuenta. Possent ambo uideri nobis articia & munera esse primi Teutonis, seu Mercurij nostri, nisi constaret recentia ea esse. Centesimus iam agitur annus, ex quo Moguntini artifices primum typographiæ prælum, quod extare uidimus, instituerūt. Machinarum inuentio annis antecessit septuaginta, quarum autor fuisse memoratur Bertoldus Niger, artis chemicæ nō imperitus monachus, ex genere illorum, qui Franciscum, probum procul dubio hominem, titulo sequūtur. Dixeris monachum hunc iure, Germanicum Vulcanum, poëtico illi, qui sua loui cudebat arma, parem, aut fortasse superiorem. Quanquam tamen Niger hic cognomine monachus, non potuit, quæ posteritas in machinis his, usu didicit: rudis admodum prima fuit origo. Ista colubrinas, & alias in magna uarietate machinarum species, nō uidit, multò minus parare docuit: & ut artem usumq; illarū omnium monstrasset, non uideretur idcirco illius nomen mihi, ut quidam uolunt, è gentium memoria delendum esse: dixerō eos spiritu Stygio potius esse afflatos, qui pulcherrimo inuēto hoc, non recte & ubi oportet, utuntur. Quod ipsum existimo statuendum quocq; esse de artificio typographicō, & huius conditoribus. Amputetur corruptelæ radix, eaq; solitudine & autoritate librariorum officinæ regantur, qua procusæ quondam sunt monetæ, & precij inæstimabilis munus erit, quod cœlo demissū accepimus illo planè tempore, quo expugnata est Constantino polis, & imperator Constantinus in cruentissima pugna cecidit. Studioſus lector cogitationes h̄c suas referat, ad mirabilem temporum illorum conditionem, expendatq; & adoret Dei in his uoluntatem. Imperiū Orientis, Mahometo uictore, eripitur Macedonibus, Græcis, Illyricis, & alijs, qui religionis & Romani iuris societate coniuncti nobis erant. Fata ubi ex aduerso tanquam in solatium nostris donum dederunt. Cuius praefidio doceri possūt nationes, & corrupta sanari iudicia, regnūq; adeò in orbe constitui, nō quale Ottomannica barbaries nostris admittit, sed quale Deus iussit esse quærendum. At profecto pontifices, & religionis doctores alios, dare operam decet, ut postea quām reperta tanta est facilitas in orbem spargendi dogmata, gentibus ipsi uiam cogitandæ ac inquirendæ ueritatis aperiāt, per ea primum, quæ ex se clara sunt, & contradictione carent, per libros deinde salutares, uersos, & sparsos in linguis cùm ali- as, tūm

as, tum præcipue in Arabicam: unde alienati pridem à nobis hominum animi, incendi possint ad recti desiderium, & iterum exuscitari tandem ad magnificè sensendum de prophetica & apostolica doctrina: à qua maiores ipsorum, diuturna pressi & coacti tyrannide, descierunt. Nec uero dubium est, si istis rationibus lumen de æternæ ueritatis agnitione & gratis Deo cultibus rursus accenderetur in Macedonia, Asia, Ægypto & Aphrica, quin gentiū illarum non seruibus & monstrosis saltem prædicti homines, doctrinæ & consiliorum capti tactiꝝ ibi diuinitate, cogitationes de Dei erga nos uoluntate, statim consequuturi essent puriores: & inde emersi paulatim quoꝝ ex densis illis Mahometicarum illusionum teriebris, quas iam uel ex iudicij infirmitate uel metu amplectuntur. Palam est compertum, utpote omni seculo, nihil esse quod tam ualide nationum & imperiorum statum geniumꝝ uerit, perinde atꝝ facit & uerit inducta de religione persuasio: quæ hominum animos excitat uel ad contuendam ueri lucem, uel ad solam ueri ipsius similitudinem. Pluribus ostenderem id exemplis, nisi nemo hodie non uideret, quantos Germani ad nouandas res cōceperint impetus, postquam deformitatem quam religio sub fucosa cere moniarū densitate tanquam obnubilauit, detectam uiderunt. Et quis historiam de Ismaële Sopho, aliquando audiuuit, ac in ea non animaduertit, quantus fuerit in Persarum animis ad emanadiorem religionem ardor. Et non simul pontificum ibi etiam nostrorum accusare potest desidiam, qui regere Sophi consilia potuissent, si tam gloria Dei, quam possessiones in mundo suas dilatare studuissent: Fuit Sophus hic, uir sanè multis dotibus magnus, nepos Persici regis, quæ Ottomanicus Mahometus in conflitu prostrauit: ac omnē eius stirpē, præter unam Sophi futuram matrem, quæ numinū seruata fauore fuit, crudelissime occidit. E qua tanta uictoria, quam Mahometus sermone Turcico & Italico curauit describi. Coacti Persæ sunt ferre iugum Ottomanicum. Itaꝝ natus & altus Ismaël Sophus, inter plebeios est, qui annos ante plus minus quinquaginta, in Persicis regnis prodijt, ac tanquam prophetes fortis & alacri spiritu multa oppugnauit & euertit, quæ Persis sacra prius fuerant. At traxit autem cum illa sua dexteritate, qua uifus est docere sibi in obsequium populos, à quibus ubi nouos iam in Mahometicæ religionis libros induxisset sensus, aliamꝝ adeò ex fundamen-

*Tempus pro-
pinquū est, in
quo sunt ad
unitatem redu-
cenda omnia.*

tis alijs formam Mahometismo dedisset, regia ornatur gloria, inç potestatem & potentiam materniaui, de quo, ut dixi, Ma-
hometus secundus reportauit uictoriā, euehitur: quod popu-
lorum consensu & uiribus facile potuit: nam Turcarum impe-
rator Baiacetus, quieti se ac philosophiae totum, armis positis,
tum tradebat. Atq; in Auerrhoica doctrina, qua dicitur mirifi-
cè fuisse delectatus, podagræ & senectutis suæ remedia quæ-
rebat. Sic regna ex alijs in alios transeunt. Sophi huius proge-
nies imperat nūc Armenis, Persis, Medis, & Assyrījs. Turcas su-
perat equitatu & armis, sed in remotas terras suscipere expedi-
tionem Persæ non possunt. Neç enim ita ut Turcæ pedites a-
lunt, nec bellicas ita habent machinas. Retinent interim Turcā,
ne nostris ille semper ceruicibus impendere possit. Sic eum deti-
nebat aliquando Sultanus, cuius internacionem duxit Leo de-
cimus nobis esse luctuosam: quippe illo militante, nequierant
Ottomannici inuadere & uexare limites Occidentis. Quod
postquām huc sermone sum perductus, recitare obiter quoç li-
buit. Iam ex hoc tempore, si uel cursum retrò iterum flexero, uel
in ætatum sequentium spatia intueor, inç præcipue illa, quæ in
patrum & auorum memoria fuerunt, decora & probra: quis nō
uidet, quām se in his latè aperiāt de memorabilibus rebus nar-
randi campus? At ipse nihil narrare tale institui. Habet ætas
nostra multos egregiè disertos homines, qui in texenda historia
& cantandis quorūdam laudib. propè sunt nimij. Et sunt mun-
di studia, metamorphoses, tumultus ac insanæ, per proximi &
superioris seculi curricula in conspectu satis. Ipse huc casu
postquām delapsus sum, uolui de aspectione graduum degene-
rationis mundi, leuem tantummodo præbere adulescentiæ no-
stræ gustum. Vnde narrationibus his finem imponam, ubi ali-
quid prius adnotauero de longæuitate primorū patrum. Qua
quidem in re, tanquam nec probata, nec confessa, multi hoc tem-
pore hæsitant: nihil credentes, quod oculis non uident, & digi-
tis non contrectat. Disputauit hanc aliquando quæstionē, cū il-
lo apprimè docto, reiç physicæ sanè quām perito Dyrobaccho,
qui & si ex gentium historijs, multos nobis recēsebat polychro-
*a. Impudētis est
negare res, qua-
rum cōcipere no-
titiā non uale-
mus, dūmodo μὸν
prorsus geometricam fuisse oportet.* Censuit ad^a postremū
tamen,

tamē quæstionē esse hanc humānæ rationi nunquam satis expli-
cabilem; palām adfirmāns, Mosen esse hoc sibi in prima rerum
statuenda origine, & prima chronologia, quod Socrati in sente-
tia de dījs & dæmonib[us] fuit fatidica mulier Diotima. In Phæ-
done, suam Socrates de dījs inuestig ationē execratus, cæcitatē
humanam deplorauit, adseuerans, quæ prius se perspicuè scire
existimauerit, ne per umbrā quidem nunc se comprehendere;
& in Gorgia ait, se fidē adhibere potius de dījs, de anima & dæ-
monibus differenti Diotimæ mulieri, quām ullis philosopho-
rum quantumlibet euidentibus argumentis; seçp daturum ope-
ram, ut alijs eadem deinceps omnibus persuadeat, quæ auditu
accepit esse uerissima. Hoc Socratis de Deo, deçp animæ nostræ
immortalitate testimoniu[m].^b Si qui exorti recens apud nos sunt
disputatores theomachi, in animum admitterent, & imitaren-
tur exemplum, sacra oracula fortasse & ipsi suæ rationum pro-
babilitati, cui innituntur, anteferrent. Nec tam absq[ue] mente &
uecorditer ludibrio Mosen haberent; quia ætatem Adamo & il-
lius soboli tribuit, quæ naturæ nostræ modum & fidē excedit.
Postera scimus secula tantos non tulerunt macrobios, sed & tā
diu uiuaces postea homines esse non expédiebat. Et cōspicitur
in dissimilitudine hac, non minus Dei sapientia, quām sum-
ma illius quoq[ue] erga nos benevolentia: ne in tantis scilicet uitæ
humanae ærumnis, per tot conflictari & cōtabescere cogeremur
secula. Vitæ breuitatem numerat Plinius inter præcipua deo-
rum beneficia. Nec, si sapimus, magnopere expetendus nobis
nunc esset corporum uigor, qualis fuit inter mundi initia, ubi
diuturnior uiuacitas necessaria erat, ad replendam terram, &
ad inueniendas artes. Iosepho si credimus, extendit primis ho-
minibus Deus uitā οἰτανόοντα εὐχειστάγης αὐγονούμες λαὶ γεωπεργίας:
quam si uel cōtemnas, uel refellas causam, immanis nihilomi-
nus audacia & furor est. Lucianicos istos, suas ubiq[ue] in maximis
his rebus, malle sequi, & ostentare imaginationes, quam sacrī
assentiri oraculis, quām ratiunculas illas suas & hebetē ingenij
captum submittere gloriæ ueritatis, cùm præsertim nihil ipsos
exquirere, & in sua proferre luce posse, uideas. Hominē deceat
honorem dare Deo, & suam agnoscere infirmitatem, ac rerū in
quas nihil potest ratio, petere notitiam à Theodidactis, quod
est ab illis, quorum oculos Deus per spiritualem fulgorē suum
aperuit: inter quos, quisquis nullum Mosi locum concedit, pa-

Iam is se omnis religionis delectari derisione ostendit. Nos, qui purioris & ueræ uitæ cogitatione afficimur, ratione non putamus sectanda esse, quæ in doctrina cognitionis dei reuelata sunt aliter, quam ut in ullius mortalium cadere sensu possint. Quod de genere disputatio maximè quoq; illa est, de prima temporum & mundi origine: in qua, si patrum nobis retinuit & descripsit sententiam, cuius diuinam & heroicam mirati sapientiam sunt, non prophetæ & apostoli tantum, sed & quotquot ex Pythagoreis & Platonicis rectè sunt unquam considerationis operum dei iter ingressi, non poterunt non iniquissimè facere, qui quod per Mosen Deus indubitatum hīc nobis esse uoluit, euertere opinionibus suis student, & è luce nos in rationū suarum tenebras detrudere laborant. Multa certè argumenta sunt, longæuos fuisse primos homines, & uitæ fila in posteris paulatim esse decurtata. Ante ter mille annos, magnas adhuc vires, qui nūc cōsenuit mundus habuit, fuerunt tū homines multò quam nunc sunt, animorum & corporum uigore præstantiores. Nec interim pares potuerunt tamen esse constitutione primis. Flexus mundi detriuit aliquid, fregit & non parum robur intēpestiuor Venus, & prauior uictus. Sed nondum tam enormem mutationem facere ista tamen possunt. Alia ergo grauior & uerior, & ea quidem in diuinæ prouidentiæ rationibus recondita causa est: quare uidelicet debuit sequentium ætatum corpora, tam distare structura & crasi procul à primis. Ingēs est profecto discrimen, comparationem si facias. Primi seculi homines anno rum cubos uiuendo implerunt, quorum ne quidem quadratos attingere nunc possunt, quibus corpus ex principijs generacionis contingit egregie etiam σύμμετρον καὶ ἔνθετον. Recitantur prodigiosa longæ uitatum exempla apud Valerium & alios: quæ si uera sunt, ut opinor aliqua ex illis uera esse posse, oportuit profecto tales homines, non tantum sub optimè composito & harmonico cœlo, corporum suorum sortitos esse ἀγίστη, ut Galeni nostri uerbis dicam, λεπταινόν: uerū illa etiam alenda arte ibi in exquisitissima crasi fuit cōcepta, è stellis uiuifica ἀπογέννα: quod posse fieri, probatissimi medici non inficiātur. Seruari diploma Romæ aiunt, in quo pontifex testatur, Germanum quendam prorogasse arte uitam sibi in annos quingentos. Et memoratur in magicis Rogerij experimētis, fuisse, qui mille uiginti quinq; annos, singularis cuiusdam medicamēti ope uixerit. Penes recipiatorem

*Humanæ uitæ
periodus ope
medica protē-
di potest.*

tatem esto fides. Illud aliquanto minus habet improbabilitatis, quod patrum memoria, ferant fuisse quendam cognominatum Ianum à temporibus, qui uitæ suæ annos numerauerit trecentos. Magna est naturæ potentia, quæ uitam interdum producit, abscq; omni etiā alimento. Sunt temperamenta, in quibus genitalis humidi resolutio tardissima est: sunt rursus, in quibus est celerima. Obnoxia interim sunt mutabilitati omnia, quia cognata omnibus est corruptionis necessitas: & fieri nullo prorsus modo potest, ut idem semper sit, qui inhaeritur aér, idem mētis status & nutritio eadem. Longius is durat, qui corporis fertonus, quod in prima seminis sui coagulatione & temperatura proprius accedit ad normam seminationis corporum primi seculi: & qui diuinum hunc simul numerū, in quo æquabilis consistit humorū proportio, diutius custodit. At facere ista quum nemo possit, & arcana illa naturæ actio, qua forte uitæ quidam suam, in aliquot secula extenderunt, sic rarissima. Videntur nihil sentire alienum à ratione mihi, qui patrum primorum uitacitatem, per illos probant polychronios, quos natura interdum nobis in admiratione produxit. Et certè insanía est, credere tales fuisse polychronios, mundus ubi iam cœpit viribus suis deficere: & negare, ips & exist fuisse, qui nouem aut decē uixerint nostrorum nunc hominum ætates: quæ longissima nobis uita est, octuaginta ferè annorum comprehensa spatio definitur. Primo patrum æuo, habuerunt generationis iniitia potentiores uires, & decuplo nostra superarunt. Mutationis tantæ autor Deus est, breuiore τὸν χρόνον τὰς ζωὰς ἀμπελούντα circumscribens termino, ut errorum & peccandi cursum breuiore etiam uia consummamus. Decretum uero maximæ huius in natura humana mutationis, luceat in Noheticō cataclismo: ubi quum totus nouaretur orbis, cœpit illud corporum humidum, quo uita alitur, statim esse dilutius: & caloris agentis potestas, multò quam ante hac erat quoq; hebetior, & infirmior: quæ duo, quibus non suppetunt affatim, ante diem lumen uitale extinguitur illis.

a. Inter climactericos uitæ humanae annos, qui nunc extremus est nouenario in se ducto consummatur quam metæ ne quidem millefimus attingit. Citerior finitur septenario quadrato, qui quod obseruatio quoq; docet, habet pro infinita illa hominū multitudine radiodromos non ita sanc multos. Ceterum multo adhuc pauciores habet, qui inter hos medius est, septemq; enneadibus absoluitur: qui in numeris philosophantur, septenario corporum tribuunt natura, nouenario Musas, quod est intelligentiam seu animū. Quicquid sit, experimur naturam in his annorum numeris solere libenter uitæ cursum sistere.

Carolus Bouil
lus in epistolis
meminit cuius
dāuiri, qui duo
decim annos in
tegra ualestudi-
ne absq; omnis
cibo & potu
uixit.

Libri secundi finis.

CLARISSIMO VI-

RO PRVDENTISSIMO'QVE IVRE-

*consulto D.Ioanni, Oettingensi, supremi in Germanico
imperio tribunalis senatori, suo domino &
affini, s. d. Iacobus Curio.*



Vum non pauci, pro sua quisq; uice & dote, librōs
hoc tempore parturiāt & pariant, ceepi ego, ne ni
hil facerem, Diogenis uersare dolium: non profe-
ctò spe nullius fructus, ut ille, sed simili propémo
dum proposito: ut non magnopere curē, si quod
in publicum extrudo, ea accipiatur gratia, qua suum uolutauit il
le dolium. Video enim factioso pariter & fastidioso hoc ad lite-
ras seculo abire in nauſeā, & obscurari libros, quos uerè possis
dicere à Musis esse dictatos. Quo minus ipse in humili hoc scri-
pto, æquam possum mihi censuram polliceri, tam à leuiter qui-
dem illo literatorum uulgo, quām ab his quoq; alijs, qui nescire
nihil uolunt, & ad Critolai libram omnia solent expendere:
apud quos lucri id demum nobis erit, si in nullos etiam graui
oris infamiae scopulos impegero. In eo sanè eram totus, ut quæ
de condito æuo, deq; confusanea illa priscorum nunquam fatis
explicata chronologia & gradibus degenerationis mundi, ex il-
lis tecum mihi sæpe in multam usq; noctem productis collo-
quijs, memoria retinui: & in duos hos postea inclusi libros, sup
primerem, aut prælo certè non subiçcerem. Quod & omnino
contigisset: nisi noster ille humanitate & singulari physicarū re-
rum peritia perquām insignis Guilielmus Rascalonus, narratio-
num harum ubi partem degustasset, librariorum typis prouul-
gare ea statuisse: persuasus, aliquid his inesse excitationis ne-
cessariæ, hoc tempore iuuentuti, cuius iudicia regere & iuuare
de bēmus, quotquot in bonarum artium tractatione uersamur.
Evidē publicæ utilitati, quod comportauit hīc, tributū esse uo-
lui. Cæterū, ubi prosiljsse alios tamen audiui, qui iustas in tem-
porum texenda historia cogitationes consumunt, grandiaq; de-
rerum primordijs, & uarijs gentium in orbem dispersionibus,
& aliarum

& aliarum in alias tanquam transitionibus, uolumina profundunt, editionis huius ego meæ abieci uoluntatem. Arbitratus, superuacuum & ridiculum fore, si postquam tanta prostant opera, tenues illas ipse nostras uix opellas, de rebus quarum disquisitio non est ex proprio professionis meæ munere, supraq; adeò uires meas, publicandas darem. Distraxit adhæc animum nōnihil mihi in diuersum, quod succurrerat memoriae, aliquid esse alicubi à nobis inter scribendum obiter quoq; effusum & a persum de tyrannicis studijs & ociosis sectis, de impietatis itē atq; superstitionum ac ineptiarū, quæ in ueritatis & religionis fidem irrepserunt, detectione. Quæ quanquam uerè dicta esse, quisq; non monstroso prorsus animo fateri cogitur. Quia tamē eadē ipsa, non fauente dicuntur mundo, non ab eo, qui Dei uoluntatem ex Romanorum sacerdotum responsis interpretatur fieri non potest, quin ut nunc res sunt & mores, inuidiam apud mutos nobis sint paritura. Nec hercle alia hanc de causa, quām quia, quæ opportuna sunt, si sordescere non debent dici, illa ab his oportet, qui sunt pro populari aestimatione magni nominis & precij. Sed meas has causationes elusit & euertit, cuius iudicio & amicitiae plurimum defero, Rascalonus. Is, inquit, lectores, Curio, inuenies: non tantū qui ulceribus insidere gaudentes & morsicantes, imitantur muscas: uerum etiam alios, qui ex Musarū pratis, optima quæq; uti apes faciunt, carpere norūt. Quo dicto, animum meum & permouit, & de Francorum sedibus & colonijs, de quibus forte mentio injecta erat, ita uifus est probabiliter & apte differuisse, ut temperare sub finem hīc mihi non potuerim, quin ea de re quiddā adhuc tanquam colophonem, scriptio[n]i huic nostræ adjicerem: idq; potissimum ad te in epistola, quem minimi narrasse aliquando nobis prop̄ eadem: nec uoluisse interim tamē, ut quæ coniecturis tantummodo constat, indubitata esse credamus: plurima utpote cùm sint, ex uix tenui primū orta fama, & à posteriorib. deinceps seculis tanquam certa essent, aucta, & in literas relata, quibus fidem uel dare uel negare utiq; liberum est. Sic nulla hīc uel priuata uel publica periclitatur res, si quē Berosus Tuisconē Germaniæ nostræ parentē uocauit, eū ipsum ex Mose nos Ascenam, Nohæ ex Iapeto pronepotē & Gomeri filium dicamus, & Rheni accolas, si ab Ogyge illo primo quis putauerit Rhenogygas esse appellatos, quia Ogygis quod est Nohæ nepotum, aliqui in occidentē &

septentri-

Asca & Tuſco sub diuersa pronunciatio- ne idem esse apparent.

septentrionē transfretantes, ad Rheni littora considerunt. Stultum quidem est de his primæ antiquitatis rebus dicere aliquid absq; teste ad seueranter. At non idcirco absurdū statim fuerit, si Asciburgū, cuius Vlyssem conditorē quidam ferunt, ab Ascena: Cameracū, à Cābro, & Treuerim, à Thera, traxisse prima nomina coniectaueris. Theræ nomine scimus Abrahami patrē fuisse appellatum. Consentaneū uero est, eodem ipso fuisse appellatos plerosq; etiā alios ex his, qui à morte Nohæ sedes sub nostro cœlo quæsierunt. Cambrum Abrahami seculo regnasse ad Rhenū, & Cymbrorū nomen à Cambro esse exortum referunt, qui aquilonarium rerum à primo (ut ita dicam) ouo histriam ordiuntur, qui & Marsum Cambri in imperio faciunt successorem, & ex Marsum multos ordine heroas numerant, quo-rū puto uetustissimis cantilenis cōseruata esse nomina & facta. Nam nullos gentes nostræ antiquissimis seculis annales habuerunt alios, quām paræneticas huiusmodi ad fortium uirorum retinēdā memoriā cōparatas cantiones. Germani carminibus, inquit Tacitus, celebrant gentis suæ cōditores: intelligit Tuisconē, Mannū, Cambrū, Marsum, Teutonem, Sueum, & alios, à quibus populorū in nostris primū terris seminaria sunt consita & aucta. Nec uero dubiū est, heroas illos Noheticæ stirpi, utpote proximos seculorum memoria fuisse dignos. Et effet lōgē iucundissimum, multoq; nobis acceptius omnibus Græcorū & Romanorum historijs, si de Germaniæ nostræ tam à Babylonicorum scriptorum memoria etiam remotissimis principibus & populis, nosse certi aliquid possemus. Ipse equidē tale quidam si extaret, audire mallem carmē, quām audire uel Liuium, uel quemuis alium uerbis magnificè attollentē Romanas glorias. Prisca siquidem ætas fucos nesciuit, & uanam detestata est adulacionem, qua posterarū ætatum historici condire & ornareres suas solēt. Romanos certè decuit, nostros homines, à quibus sæpe fusi sunt, merita non defraudasse laude; non suas tantū debebant decantare uictorias, ac Germanorum suppressione & obscurare fortitudinem, & suam uniuerso facere orbī notam. Suspecta res est, præclaros illos uiginti libros, quos Plinius secundus, Cornelio Tacito equite Romano teste, scripsisse, de Germanicis bellis: traditur, tam esse repente ex omnium mortalium oculis subreptos & amissos. Qui si supereffent, eruere multa possemus ex narrationibus, ex ducum & militum nostrorum no-

men-

menclaturis, & alijs quibusdam remotioris antiquitatis uestigij de memorabilibus gentium nostrarum factis, de initij præcipue Francorū. Super quibus si rogitaret quis, adhuc à nobis à vīx̄bōis ne Franci sint, an in Germania aduenæ, ac tēpore quo primū Phrygia formabat in Ida. Aeneas classem sub nostrum concesserint cœlum: Evidem certi nihil, quod responderē habeo. Fabulosarum narrationum illarum me piget, quas in originis illorum descriptione monachi nobis obtruserunt. Et audax tamen etiā temeritas est, pro nugis ducere omnia hæc, quæ de excisa Troia, deq; uarijs Asiaticorum hominū & principum, per terras & maria erroribus sūt prodita. Aeneas & Antenor bello sibiregna conquisiuerunt in Italia, Troiani duces alij ferūtur cum exercitu peruenisse ad terras, in quib. mare Rhenus intrat, ac pulsis ibidem colonis, sedes sibi firmasse: quod absq; probabilitate non dici prorsus uidetur, quando Franci, qui sua ad Phryges principia reserunt, diu ante Cesarē tenuisse Rheni ostia memorantur.^{a.} Migrasse autem aliquando in Germanias numerosam Phrygum multitudinem, ac in unam cum Teutonibus coaluisse gentem, non constans modò opinio est: sed & Phrygiæ quædam in Germanica lingua uoces, eam commissione fortasse non comprobare, inepte uidentur. Notū ex Herodoto & Claudiani uersibus est, cuius linguae uox sit beca.^{b.} Nec loqui Germanus de pinsendo in pilas farre, non Phrygijs utens uerbis, potest. Et est forsan quod quidem existimant, linguae nostræ non exigua pars ex Phrygia originatione, quæ temporum longitudine uernacula postea nobis est facta. Quemadmodum & multa alia in quotidiano sermone trita nobis, uulgo ob longam & antiquam usurpationem creduntur uocabula esse domestica, quæ à linguarū peritis agnoscuntur ex etymo & radice esse uel Hebreā uel Chaldaicā uel Græca uel linguae deniq; alicuius externæ alterius. Prima Tuisconis, in hæs inducta terras lingua manere syncera diu non potuit. Quia nouæ subinde temporibus illis gentes intra Teutonū limes sua fixerunt tentoria, suisq; ibi quæsierunt pascua iumentis, uel sedes sibi quietiores, unde corrumpi necesse fuit lingua, quam cōsentaneum est, parum à Babylonica discrepasse. Phryges deinde ubi in Teutonum influxissent regiones, & post Phryges, Mysi, Daci, Thraces, Panones, & alij, facta ita lingua est confusa, ita miscellanea, ut in uitam si reuocatus Teuton, sermone nos uerè Teutonico cōpellat.

a. Veterum Francorum regnum in Geldria, Hollandia, in tractu Leodiensi et Namurensi: sed Caroli magni etate principia regni Francorum sedes ad Aquas grani.

b. Claudianus de Phrygibus: Dat cuncta uertuas Principiū Phrygibus, nec rerum Egypcius ultra restituit, Humani postquam puer uberris expers, in Phrygiam primū laxauit murmura uocē vide Herodotum libr. 2.

O

ret: nemo nostrum quid sibi uellet, intellecturus esset. Tam sunt
 multa aliunde sumpta in sermonem uerba. Numerari sexcentæ
 puto, uoces possent in populari lingua nostra, quæ omnes Græ
 ci sunt idiomatis. Oportet sanè antiquis mundi temporibus plu
 rimus intercessisse Teutonibus cum Græcis commercij, quan
 do ita multos loquendi & nomenclationum modos ex Græca
 consuetudine, in suum nostri traxerunt sermonem. Habuerunt
 posteriorib. seculis Romanæ legiones, in uarijs Germaniæ locis
 statuia, à quibus & si non parum peregrinarum uocum in lin
 guam nostram quoq; est cōtractū, ex nulla tamen loquendi for
 marum similitudine, Romana ipsa nostræ conuenit, ueluti huic
 conueniens Græca est. Quod in hoc tantum refero, ut de uetu
 stis illis Borealium & Scythicarū gentiū *metuens*, ac uarijs in
 ter se commissionebus, aliquid ex communis linguae saltem na
 tura & sono eliciamus: quando id quidem ex nullis alijs æstima
 ri datur monumentis. In nullo positum dubio est, frequentes
 & multiplices fuisse, à Nohietica exundatione ad tempora usq;
 conditæ Romæ migrationes, ac plurimas incertis sedibus erras
 se gentes: uixisseq; ex uenationibus priusquam ad mundi latera
 confederint, & asperioris cœli, præcipue in aquilone proprie
 tatem induerint. Sic nihil uidentur despere mihi, qui Francos
 & Frisiōs à Troianis militibus exortos esse augurantur. Quid
 enim monstrosum fuerit ex quibusdam linguae reliquijs, existi
 mare Phrygum copias, euerso iam patriæ regno ductas fuisse
 primū uel per Helleponsum in Thraciam, uel nauigio ingres
 fas esse Euxinum, uel Mæotidos etiā paludes, atq; illinc deinde
 Teutonū petisse fines: quod in proclivi utiq; illo fuit æuo, quo
 gentes domicilia crebrò mutarunt, & per orbis regiones sunt ia
 Etatæ. Nec iter ad nos ex Mæotica terra, uel interiore quoq; A
 sia, quod satis quidē longum est, migrationis huius fidē debili
 tabit, si quando admonemur migrationum, quarum memoria
 est in annalibus. Vandali armis sibi Africana regna subigentes,
 & Goti Hispanias, & Franci Gallias ac Palestinā, & Longobar
 diltaliam, nō breue (puto) iter sunt ingressi. Cumq; Hispani di
 catur colonias in nouas traduxisse insulas, quæ cœli uidēt phæ
 nomena quatuor aut quinq; horis serius, quam eadem sub His
 panicis cernuntur meridianis. Non hæc certè Phrygū, de qua lo
 quimur in has terras perductio, ac eorundem in ipsos tandem
 Teutones quoq; conuersio, ueri dissimilis uideri nobis potest.

Istæ

Istae autem omnes diuersarum gentium quasi cōcorporationes, & si non sunt præter hominis conditionem, quæ tota est motoria, ex æterna tamen & singulari fatorum fiunt destinatione. Sic enim statuendū nobis est: & in antiquitatem si intuemur, plane hos Dei tanquam lusus in humānis rebus pérpetuos esse deprehendimus. Nemo dum Romani rerum in orbe potirentur, credidisset futurū, ut nostri illi sermone & moribus Scythæ, Romanas aliquando occuparent, & suis populis replerent in occidente prouincias. Res tamē ita cecidit, dispositore Deo, qui Gotos, Vandulos, Francos, Longobardos, Burgūdos, & alios, Romanis opposuit: quemadmodum Romanos prius opposuerat Græcis, & Græcos religionis desertoribus Hebræis. Quorum ruinæ, non obscurè indicant, cuius prouidentia mundus admistretur. Attentè si seruamus, floruerunt nulla usquā regnadiu, quæ iuris & iustitiæ curam abiecerūt: quā puto ratione exoleuerunt necessariò prisca Europæ & inuidi totius populorum nomina. Quorum si quædam seruatæ forte sunt in annalibus, difficile & lubricū tamen est, monstrare antiquas antiquis respondentes nominibus sedes. Eques & scriptor Romanus Cornelius, Germanos dixit esse in indigenas: sed ad terræ ac syluarum horriditatem ille duntaxat respexit: nec aliqua animi cogitatione intuitus est rerum mundi instabilitatem, & quæ lege sublunaria omnia mutationi sint exposita. Qui si reuiuisceret audiret, nul lam esse apud nos regionem nunc, quæ suos nō uel Lethœ submersisset flumine colonos, uel aliò illos procul nō transtulisset, & in diuersas dissipasset gentes. Quæ nouii, inquam, ex novo non accepisset nomen iugo, αὐτόχθονες puto, non dicturus magis nostros esset homines, quam alios quo scūcū in benignioris cœli tractibus. Suscitat Deus subinde nouas gentes, nouas familias, bellisq; & calamitatibus alijs ueteres delet, aut illas saltem in aliena pellit regna, paulatimq; obscurat, & tandem extinguit, ueuti experimento probata hæc in antiquis Germaniæ descripitionibus ubiq; ostenduntur. Potentes armis fuerunt Taciti temporibus, Catti, Cherusci, Quadí, & alijs multi Germaniæ nostræ populi: quorum uestigia hodie uix deprehenduntur. Soli omnium Suei, peruetustum atq; adeò primum originis suæ nomen retinuerunt: quod accidit, quia Sueiæ nomine comprehensa antiquissimis seculis bona Germaniæ pars fuit. Non potuit autem validissimæ per omnem Europam nationis, quæ in multas par-

tita gentes fuit, ita facile interire nomine, ex quo Suevi dici fortasse uerè possent indigenæ, si nativas primorum patrum suorum quoque retinuisset sedes quas nūc tenent incoluntque Boëmi, Lusatij, atque alij multi, ad mare Balticum usque se porrigentes populi. Sed miscet mutatque omnia tempus. Suevi, ne soli non uerteret solum, & alienos non iuberent emigrare colonos, effecit ille à poëtis non inscitè dictus ~~αλωρόσαλλος~~, ut quia omnium erant pro Germanica libertate pugnacissimi, cogitarent de castris metandis in regiones, unde Romana præsidia deturbare è Germania possent. Videtur hinc igitur domicilia sibi quæsiisse, & fixisse ad fontes primùm Danubij & Nicri, ac pulsis postea Romanis dilatasse fines per Rhetiam, ubi Sueviæ nomine, in hac usque tempora est conseruatum. Detrusos quidam eos à Francis in Rhetiam arbitrantur, quod consentaneum ueritati apparet, de parte gentis, nō de uniuersa, quæ numerofissima fuit; nec uno semper cōiuncta terrarum tractu. Recensentur autem Suevorum, siue etiam (ut appellatae postea sunt) Alemannorum, multæ suis quæque cognominibus discretæ gentes, inter quas celebres uideo fuisse quoque Virtungos, à quib. gentile nos nostrum propagauimus cognomen maternū ego, paternum Anna coniunx tua, & socer primæ uir claritatis Ioannes Virtungus, meus ille & ~~έγγειος~~, & in mathematis unquam absque honoris præfatione nominandus, mihi præceptor & patronus, quē, cūm Virtungici clypei signa, gentis casu obscurata, per Carolum quintum Augustum renouaret, memini narrasse multa nobis de familiæ nostræ maiori bus, præcipue de Friderio Virtungo, meo & cōiugis tuæ præuo, qui circiter annum ab hinc plus minus sesquicentesimum, prudentiæ opinione uir fuit inter suos & honoratus, & quod ex sepulchrali collegi inscriptione potest, Hasfurdiæ consul, cuius postea etiā filij Hartungus auus meus, & Ioannes socii tui parens, feruntur ita fuisse antiquæ probitatis amantes: & idcirco apud optimos quosque in gratia, ut quoties, quæ ab auunculo quodam meo, & à socio de his audiui tuo, memoria mecum repetam, non nostrorum uirtutis recordatione modò delector, uerùm in cogitationem mihi quoque subit, pulchrè ex multis congruere indicij, ut prosapiæ nostræ deductâ seriè esse credamus à Virtungis, quorū in historia Trebellius & Vopiscus & Ausonius meminerunt. Oportet omnem certè propaginem ex aliqua esse stirpe. Et generatio nostra cūm Virtungorum nomine annos amplius

Io. Virtungus
Hasfurdius.

Ausonius:
Iam post Virtū
gos ex Norica
bella, subacto
victor vindicō,
etc.

amplius ducentos cōtinuata, quod scimus, serie ferat. Præter rationem nō fuerit putare descendisse eam, ex aliqua de Virtungi^{virtungi, Ale-}
cis familij^{mannie gentis}, quæ cum cæteris, seu Alemannis, seu Suevis Roma-^{par.}
nos olim ex Rhetijs depulerunt. Nihil interim tamē, quod prō
bè compertum nō habeo, adfirmo. Nec Virtungicam nostram
effero prosemimationem, altius, quām ut dicam illam non esse
άγεταλογίτης, seu ignoti generis. Et ipsum quoq; Virtungorum es-
se perquām uetusū nomen. Suevis quippe inuenio Virtungos
fuisse adscriptos. Creditū uero est, Sueuos suæ traxisse originis
appellationē, à Cambri filio Sueuo, qui Tuifconis secula proxime
attigerunt: nec esse in nostris ad Arcton inclinantibus ter-
ris populos, qui primum suum perinde atq; ipsi nomen, per in-
finitas temporum inæqualitates conseruarunt. Quanquam id
tamen, quod & antea dixi, commune fuit omnibus propè gen-
tibus, quæ Germaniam habuerunt altricem. Appellati enim ini-
tio Saxones, Longobardi, Hermūduri, Marcomāni, & alijs mul-
ti Sueorum nomine sunt. Inter quos, qui uiribus creuerunt, fi-
nes suos oppressis uicinijs, dilatarunt, nouumq; & clarum sibi
pepererunt in orbe nomen. Huc enim hominum contendit am-
bitio regnandiq; cupiditas. Est & perpetua hæc naturæ lex, ut
alia subinde obſcurentur & intereant, alia in locum nascantur
& florescant. Sic puto, Cymbros, Saxones, & alios his uetusī-
ores, Sueicum abieciſſe nomen, suaq; potentia in arctum ita
illud contraxiſſe, ut quod prius communē multis fuit genti-
bus, unius tandem, ac ne quidem admodum latē patentis, esse
cœperit. Tales seu arctationes, seu deletiones fecit Turca in gen-
tibus, quibus iugum imposuit non paucas. Tales & nostri
quondam fecerunt Franci, qui suum Gallicis prouincijs cum
imperio nomen impresserunt. Et parum absuit, quin regnante
magno Carolo, bona Germaniæ pars nominata fuisset Francia:
quominus uideri mirum nobis potest uetusissimas Teuto-
num nostrorum gentes, alias supra alias, ut omni fit seculo, emi-
nuisse. Ac quæ cæteris robore, belliq; gloria superiores fue-
runt, ex alienarum corriuatione ad summum fuisse auctas. Verū
his hactenus abducor à narratione nunc fortè suscepta de Fran-
cis, quorum prima cunabula ad Phryges, quod uideo, cum mul-
ti retuli. Referrē eò autē illa cōfidentius, si quos in hoc sequor
autores non uiderem tenui antiquitatis notitiæ crassissimam
copulasse ignorationem. Sed hæc & innumera alia, quæ de pri-

marum gentium migrationibus & uarijs. Earundem inter se commiſſionibus produntur, densas habent ex se tenebras. Nec debet negata uenia esse coniectanti de his aliter, quām ueri fortasse fert ratio. Quot enim fecisse solem censes *περιλογεων* anno rum decursus à tempore quo Phryges auguramur, in Teutonū peruenisse regiones? Multum certe æui defluxit. Sunt qui Baioaricæ regnum ratiocinantur esse hinc annosissimum, quia uetusissimi Boi suos insignierunt in militia clypeos, cum uiginti quatuor in rhombi speciem figuratis, colore ꝑ albo & cœruleo alternatis, panibus quos antiquissima Phrygum lingua, etiam num hodie, uoce licet modicè detorta, Baioaricas bēcas appellamus. Quod si chronologorū illi iam superesset libri, qui cōtine-re feruntur nomina & gesta heroū, quos Europa à dispersione Troiana ad Cæsarū usq; tempora memoratissimos habuit, for- san inde aliquid nobis etiam constaret de Francici nominis auſ- picj̄s; forsitan inquam sciremus, quo tempore, quó ue duce, qui Phrygum *πήρον* dicuntur, Franci primum appellari cœperint. Vetustum proculdubio nomen est, quo gens significatur libe-ra, & nullis communī onerum legibus subdita; apparere unde potest bello præcipue eam ualuisse, ac separasse à reliqua se mul-titudine, ut militet, tyrānidē arceat, & armis propaget libertatē. Qua uia non mirum est parare ipsam sibi potuisse regnum. Nec bellicosæ genti defuisse labentibus annis occasio pouit, qua nō pars huius nouas, suo Marte sedes, sibi in Teutonū terris acqui-sierit, indeq; stipendia postea etiā in alienis castris fecerit. Nam historiarum argumento uidetur non fuisse unum semper Fran-corum genus. Strabo ait, Francos Noricis & Vindelicis fuisse finitimos: quo tempore probari testimonij̄ potest, regnasse quoq; latē Francos in Sicambria, ubi cū illis Cæsar cōflicuisse dici-tur. Neq; uero in nulla ueterum fama gens esse ponuit, si in se tametsi parum prospero euentu prouocare Cæsarē ausa fuit. Por-rò cū sub Augusto Arminius Cheruscorum dux, tres legio-nes, ipsumq; adeò Romanæ militiæ príncipē Quintiliū Varum trucidarit: an dubitare quis posset, Francos Cheruscis nō tulisse suppetias, non laborum & gloriæ fuisse illis socios, non trium-phasse: Augustus, dum Romæ ex truculentissimæ cladis me-moria, parieti, præ summo animi dolore caput illideret: Prodi-tum memoriæ inuenio, Marcomirum Francorum regem Ger-manis se contra Romanos, circiter dominicæ passionis tempus sub-

Franci Sicam-bri, id est pro-uictoria pug-nantes: Sig, ui-ctoria: Kem-per, pugna.

sub Tiberio, confederasse, quib. cōiecturæ sunt & alios Frāciæ ueteris reges, socia cōiunxisse arma. Nec refert, præconia fortitudinis ipsorū, relata in Latinam historiam non esse. Non curæ barbaris fuit, quærere facinorum suorum buccinatores. Et erat Romanæ potestatis tanta illis temporibus admiratio, tantus fulgor, ut non mirum sit, nostros reges fuisse in collatione cum Romanis, tanquam ab exuberantiore lumine obscuratos. Quanquam tamē sœpe sua etiam nostri, uirtutis suæ in orbem, uel in uitis Romanis, uestigia impresserunt. Clodomarus, quem reci-
 us dīci puto Ludomarum, Francorum rex, nominis huius tertius, traditur militiæ laboribus acuisse egregiè Francos suos, Constantini Magni temporibus, cui ex aliquot in Romana præsidia irruptionibus non potuit esse ignotus. Hic cùm præstaret cæteris Germaniæ principibus robore & potentia, fratrem Genebaldum, fortē virum, armavit in auxilium Turingorum regi Henoroilo, quē Suevi & Saxones regno elecissent, nisi armis suis Franci iniustum hostium vim dextre repressissent. Creditum autē est, Franciæ nomen ex hoc Francorum duce, primū esse inditum regionibus omnibus illis, quæ sitæ ad Mænum, Salam & Ronum sunt. Et fides si habenda modò hac in re est historicis ijs, qui non sunt admodum remotæ antiquitatis, incoluerunt Suevicæ gentes circa annum à nato Christo trecentesimum, uales & terras, quæ Hessi, & aliqua ex parte hodie attribuuntur Franci, atq; uicinos inde omnes agros, omnesq; regiones multitudine sua tanquam inundarunt. Quæ uicinitas grassatioq; in alienas fortunas quum uideretur Turingis non esse ferenda, nec propulsare uiolentiam tamen, uexati utpote alibi etiam à Saxonibus possent, bellaces ex Belgis acciuerunt Francos, proposita in suscipienda expeditionis sumptus terræ parte illa, quæ ad Vi surgis saltem principia, & ad Salam, Ronum, Mænumq; patet. Et sanè præstabat traducendarum coloniarum ius concedere Franci, quos cognouerant magnam habere æqui & legum rationem, quā in discrimen uenire regni & omnium possessionū. Excitatus hinc ergo Genebaldus, instructissimas adduxit copias, atq; in his multas omnis generis fabrorum & artificum centurias cum uxoribus & prolibus. Qui quū Sueuos, aliosq; Sueuis mistos, rapinis omnia infestantes, armentaçq; abigentes, populos, è finibus quos nunc Hessi & Franci tenent, pepulisset: in equitum & peditum ordines regionum omnium, quæ ad me-

Lud, idest populus: mar, dominus : hinc marschalt. Fraci, has uoces uide detur retinuisse ex Babylonica lingua: Chaldaicenim idiomatis sunt שָׁמַר mar-schalt, idest dominus potestate uales. Schulthes, שְׁלֹטָן soltan, quasi de cas Potestatarius. Et quis notū nō habet illud quod anathematis induit significationē נֶפֶשׁ מְרָא ran atha, idest dominus uenit &c. dicti hinc Marani sunt, Dominum negantes aduenient.

moratos sitæ amnes sunt, agros, omnesq; adeò terræ commodi
 tates distribuit. Et nouum ipse in his sibi suæq; posteritati prin-
 cipatum erexit, quem quidam existimant auctum postea esse ac
 cessione Francorum, quos Strabo inter Vindelicos & Noricos
 collocauit, quod ita præter rationem non est, ut gentes sæpe au-
 diamus, inter se procul dissitas esse, & cognomines, & alteras al-
 teris subiectas. Hic uero si quis curiosior multa super bello hoc
 nos rogitaret, & quò se potissimū, quæ sub Sueuicis signis gen-
 tes militarunt, depulsæ à Francis se cōuerterint. Evidē quod
 ad seuerāter dicā, non inuenio: & de re ignota, haud sanè liben-
 ter uerba facio. Coniecturæ interim relicta, neutiquam impro-
 habilis signa sunt, Sueuos nunciata immani Francorū potentia,
 cogitasse statim castris ne exuerentur, defugæ subsidijs, aut uali-
 diore ipsos Francorum excusso manu esse, si quis fortè nega-
 ret fugisse gentem, quam Cæsar bellicosissimā, Seneca nobilem,
 Plutarchus προφεγέσατημ, Florus & Orosius fortissimam appella-
 rūt. Habet sanè gens utraq; egregia apud ueteres scriptores elo-
 gia. Sed æstimationem si ab euentu hīc tamen facimus, quid an
 non fatendum est fuisse coactos Francis uictoribus migrare Sue-
 uos, nouisq; cedere colonis: tametsi apparent migrationem eam
 non cessisse Sueuis improspere: nam in transitu quum rursus
 essent, penetrarunt promotis castris, in Rhetias, ubi pulsis Ro-
 manis sedes fixerunt, quas etiamnum hodie illorum tenet po-
 steritas. Mæni prius flumen accoluerunt: quod nomina, quæ lo-
 cis reliquerunt, satis ostendunt. Oppidum illud in Mæni ripa,
 multis cum alijs laudibus, tum uero Ioannis Sinapij doctissimi
 uiri incunabilis perquām celebre, bello ciuili, indignis nuper
 modis uastatū, Sueufurdiæ inde nomē traxit. Sic puto & Has-
 furdiæ & Osefurdiæ sua mansisse nomina, à gentibus quæ Sue-
 uicā sequutæ tum sunt militiam. Video autē Alemannis seu
 Sueuis, præter alias accensi Osos, Cattos, Rugos, Batauos &
 Virtungos: qui antequām Romanis arripuerant Rhetias, rese-
 disse omnes uidentur ad Mæni fluminis uada, & circum circa te-
 nuisse omnes ibi agros & saltus & pascua. Ab Hassis, quos Cel-
 tis diuersa gentium pronunciatione Cattos fuisse nominatos
 existimauit, nomen sibi impressum nō retinet, modò Hasfurdiæ
 ubi Mænum ueteres Hassi uado traiecerunt: sed & appellatio-
 nem ab ijsdem sumpsit seruauitq; non exiguus Herciniæ mon-
 tium ramus ille, ad cuius radices rura se pandunt, uicis & pagis
 cultissima

Francorum
 Iudes, leges
 apud Agathi-
 um Gracum.

cultissima: in quorum quasi umbilico, mea & eruditissimi iu-
reconsulti Ioannis Balbi, sita ad fontes Aurachi, patria est. Sic
ueterum populorum uel uestigia uel nomina multis adhuc de-
prehenduntur in locis. Sic uidetur & in rure nostro esse vici, qui
suo possunt nomine indicare, quales in ipsorum iam agris & pa-
scuosis campis fuerint priscis seculis cultores. Aurachi fontes,
quorum iam meninimus, effundunt riuum ex se bicornem, qui
priusquam auctis aliorum fluminū aquis, in Mænum Hassfur-
diæ ruit, in pago confluunt his temporibus non ignobili. Vbi
quoniam de his rebus, nulla in literis est memoria, coniçimus
Rugos Sueiæ populos, ante migrationē in Rhœtos, consedis-
se: fert enim Rugorum appellationem pagus. Et Rugi, si in Au-
rachi confluentia illic hæsisset, quod fieri potuisse probabiliter,
ex historiæ temporū & nominis ratione colligimus: nihil ueta-
bit, quo minus etiam alij Sueiæ militiæ populi, in illis se conti-
nuerint tractibus. Visitur adhuc ueteris fundi castellū, ad unum
aut alterum forte lapidem, à tribus Aurachi distans fontibus:
quod quia Batauorum nomen refert, potest intuenti in anti-
quas nostrorum hominum insanias & miserias, uenire facile in
mentem, Batauos habuisse aliquando sua in nostro rure statua.
Fuerunt autem Bataui, testimonio Taciti, pars Cattorum: quos
si ab Hassis hīc nō separamus, minus nos nostra in fortuito hoc
sermone conjectura faller. Hassorū nomē intelligimus esse uetu-
stum, Hessorum uero recentius exortum: nimirum ab Hesso Ba-
tauorum principis filio, à quo qui his temporibus Lonam, Vi-
surgim & Fuldam adhabitant, deduxisse appellationem existi-
matur. Montana uero patentesq; ad Aurachum campi & oppi-
da, Hassos uidentur referre nomine: quāquam tamen ex ueteri-
bus, seu Cattis, seu Hassis, non puto præter nomen extare aliud
ullum in gente nostra uestigium: quandoquidem nihil potest
esse hac de re, aut in literis, aut in fama, quod anni amplius mille
& ducenti decurrerint: à tempore, quo Franci gentium illarum
uires fregerunt, & ad Mænum, Salam & Ronū, supraç; item &
infra Hassiaca montana, excisis omnibus alieni generis colonis
regnum sibi firmarunt: idq; duce Genebaldo nobili Franco,
quem oportet fuisse uirum, qui præstantiæ & fortitudinis admí-
ratione, non suos modò retinere potuit in officio equites & po-
pulos, sed pacare fines etiam uicinorum principum. A quo si pri-
mū nationi nostræ Francicum nomen contigit, quod ex eo ac
creuisse

Sub Hassiacis
montanis ad
tres Aurachi
fontes, sitū est
Hofenii, oppi-
dū: quod quis
fortasse non in
epicē dixerit
wagandæ: Cu-
rionis & Bal-
bipatria, à qua
in eodem agro
duobus uix di-
stat passuum
millibus, Mons
regius, quē Io-
annes Mylaeus
ille qui in Ma-
thematicis Pto-
lemaeo non ce-
dit, & Regio-
montani no-
mine toto no-
tus orbe, nati-
uitate sua, illu-
stravit. Appa-
ret autem op-
pidum hoc re-
gium accepisse
nomen uel ab
Henrico secun-
do Augusto,
uel à duobus
Conradis impe-
ratoribus.

a. Blondus uideretur non alios cognosse Frā ab antiqua repeteret origine, qui illarum in narrando ordinem duceret. A Ludomaro Francorū in Belgis rege, & huius fratre principatum Francorum in Mæni & Salæ regionibus auspican te Genebaldo. Regia Francorum in duobus his diuisa familia est, & longa ex utroq; deducta series magnorum principū: quo rum monumenta & facta, quisquis uoleret, multa passim sparsa in annalibus leget, memoria posteritatis dignissima. Parte con stitutoq; per Genebaldum ad Mænum regno, Francorū nomi nis fama latè proculdubio extendi in orbe ccepit. Ludomarus in Belgico locorum & paludum illectus adiutusq; oportunitate, non uidetur in dilatandæ gloriæ imperij sui occasione, non quām maximè fuisse intentus, quando ipso autore Francorum in Mæni regiones ferantur, traductæ esse coloniæ. Ludomaro successisse memoratur Varamundus is, quem Valentiniiani Au gusti temporibus, ^b sacerdotū suorū consilio Salicas emendas leges dicitur. Opinor autem Druidas, qui genti nostræ sacra religionū interpretabantur, à Varamundo ascitos tum fuisse, leges ^c ut dictarent, quas publica flagitabat necessitas, quas Francorum in primis admittere potuit libertas, quæ una illis po stea ad exteras nationes, ac tandem ad monarchiam etiam aditū patefecit. Varamundum ordine sequutus esse proditur in Belgico imperio, Clodius nomine, si nō id ex alio etymo deducamus, Romano potius quām Francico: fuit enim Clodiorū illustrissima Romæ familia. Et satis omnibus Clodij eius, qui Ciceroni tam fuit inimicus, cognitum nomen est. Sed quid nos sollicitos nomē tenet? Rex uel hoc uno nomine magni fuit meriti, quod Francorum reipublicæ Merouæum gentis nouū caput, genuerit. ^d Scribunt autē, Merouæū hunc uirum fuisse memorandæ fortitudinis & felicitatis, uertisseq; primū arma in Romanos, & ditionem facere illos in Belgico coëgisse. Celebratus hinc à gente nostra est, tanquam nouus aliquis Hercules, quem posteri reges, ut imitarentur, Merouæos se ad tēpora usq; Pipini cognominarunt. Floruit militauitq; circiter annum à nato Domino quadringentesimum & quadragesimum: qui quum moreretur, Romanis suis hostibus reliquit Huldrichum Merouæum, quem nouerat nulli priorum militari uirtute cessurum. Et ad euentus si respicimus, non falsam de filio persuasionem pater induerat: si quidem Huldrichus præsidia, quæ in ripa Rheni

b. Vetustas Frā corū leges Salicas, quod est aulicas seu regias appellatas, cor rixerūt, et tē porib. causisq; accōmodarunt
c. Quidā etiā nomine Hebga flatus, memoratur summus fu isse apud Sicābros, sacerdos & legislator.
d. Frāci pri mūn Belgas,

mox

Rheni collocata Romani habebant, omnia profligauit, & Tre-
uerim ac Agrippinam, in suā potestatē recepit. Merouæus hāc
primus uiam Francis aperuit, quam post Huldrichum fortiter
quoq; ingressus est^a Clodouæus is, quē significatius Ludouicū
nūc nos appellamus. Facta herois huius suprà in narrationibus
nostris copiosior mentio est; quamobrem referre plura de eodē
hīc supersedebo, quod fusior commemoratio non sit epistolaris
argumenti, tum uero & minimè in nostris uiribus. Quatuor
maxima & ad omnem Franciæ posteritatem gloria bella ges-
sit: est^b, ut fertur, primus, qui Gallias sibi Romanis pulsis sube-
git, & Gallicanas prouincias in^b Francorum regnum commuta-
uit. Alibi meminimus, quanto animi ardore uotum Deo nuncu-
pauerit, exercitum ubi uiderat suum ab Alemannis in fugam
esse conuersum; quod ei in mentem ab æterna numinis prouidē-
tia immissū præstítit, beato Remigio se submittens: à quo scribi-
tur, cum uniuerso suo exercitu, per spiritum gratiæ esse & tin-
ctus, & sancto Christianorum coetui adscriptus, anno à nato
Christo supra quadringentesimum nonagesimo nono. Hoc ue-
rò ipsius longè pulcherrimum de reuarentia in Christum exem-
plum ita postea profuit, ita illo ex se descendentes Merouæos,
qui in Rhenana & Gallica Francia imprium ad Pipinum usq;
gesserunt, excitauit. Ut uideantur Merouæi temporibus illis in
Christiani nominis tuenda prouehendaq; gloria, præcipuam
inter Europæ reges tenuisse stationem. Videmus quot uel in u-
na Rheni ripa posuerint suæ erga Ecclesiam liberalitatis signa
duo Dagaberti. Et cōstat grata quoc; nomina esse^c Sigeber-
ti, regumq; ex Merouæa familiæ, aliorū in uetus donationum
tabulis & monumentis, quibus ecclesiæ utilitatí, quantum tem-
pora illa sinebat, consuluerunt. Utinam qui ostentare regias il-
las possunt tabulas, & magnificis donationum pro libidine fru-
untur commodis: minus etiam contumaciter & iniquè respon-
dere possent uoluntatibus regum, qui munifici esse uoluerunt:
profectò non in ecclesiam illam barbaricam, inscitiæ, fraudū &
errorum plenam, sed in scripturæ sanctæ potius interpretes & le-
ctores, atq; adeò in ecclesiam rectis ornatam iudicij, penes quā
crediderunt diuinam esse autoritatem & cœli claves, aliendo
ocio & luxui dederunt nihil, qui suam in puluere uirtutem tam
latè extenderunt: fitq; illis iniuria, si opibus suis corrupisse eccl-
esiæ insimulantur. Generosissimorum spirituum reges fuerunt
Merouæi, custodes etiam exterarum gentium: de quorum cla-
ritate, iecit.

mox Celtas sub
iugarunt: duo
duces Siagrius
& Egidius, Lu-
gdunensem Gal-
liam diu Ro-
manis contra
Francos reti-
nuerunt: sed
tādē illos tamē
Franci ui ex-
pugnarunt, &
Gothos ex A-
quitaniapu-
lerunt.

a. Clodouæus
primus inter
Francie reges
Christianus.

b. Blōðus ait,
Francos Seno-
uum prouinciā
subiecisse sibi,
Clodio & Mer-
ouæo ducibus

Valētiniani. 3.
tēporib. quib.
ob amissas in
Africa copias,

eneruati Roma-
ni uirib. erant.

c. Sigebertus
Dageberti alte-
rius filius, bap-
tizatur à sancto
Amando, anno

623. filiam di-
citur habuisse
cæcam, cui S.

Florètius quum
uisum restituif-
set, Sigebertus
episcopales se-
des Mogun-
tie, Spiris, &
Argètorati du-

dum per Ro-
manos desola-
tas, renouauit
dotauitq;, ac
eas Bormeto-
magensis ca-
thedre iuri ec-
clesiastico sub-
icit.

ritate, & armata uirtutib. magnitudine, si quis scribere propone ret, opus ei nasceretur Iliade maius. Ipse hī caliquid Libani modò de ipsorum primordijs, quæ an conseruata alicubi in fidelio re historia sint, nescio: mihi in nullos contigit hactenus de gentis nostræ initijs, non multa conspersos fabulositate libros incide. Quo certè minus nostrum nunc studium fuisset ad te, Vaste, uirum cognoscendarum causarum in populi Germanici curia peritissimum, in re hac, non fortasse undiq; uerisimili tantū uerborum profundere, nisi quædam uiderem in chronologicis narrasse me de Meronæis paulò diuersius, quam sēsisse de ijsdē te recordor, ex eo tempore, quo longarum noctium fallere nos tædia ludicris disputationibus hīc solebamus, & Franciæ antiquitatum memoria, se ibi etiam ingerebat. Puto autem non debere me abs te dissentire, quem noui in cōiecturis ad hoc monū mentorum exquirendum genus, mirificè esse acrem & felicem. Dedit natura, quam sortitus optimā es, hanc sensuum & iudicationis tibi celeritatem, quam in uarijs tuis orbis partium lustrationibus & multa semper ueterum scriptorum lectione egregie cōfirmasti. Audio in manibus nūc habere frequenter te libros, qui antiquitatis continent notitiam. Et animū in dubijs his Europæ motibus iacere non sinunt, quod ipsum sāne probandum duco. Quanquam miru... id interim & mihi & Vandalo Sprengero nostro uīdetur, posse ad has te Musas diuertere, in tam multiplici forensium occupationum tuarum uarietate. Rarum certè est, ut dextrè quis philosophetur, ciuiliū negociorū immersus fluctibus. Comparata autem cūm tua sint, Vaste, studia, ut existimes non posse muneri tuo te respondere satis, nisi coniungas ijs, quæ diuinæ æquitatis commonstrant fontes, uerisq; mentem rationib. ad conscientiæ tranquillitatē instruūt, precandus nobis Deus erit, ut in tali uitæ tuæ instituto reipublicæ, cui natus es, quam diutissimē incolmis & saluus sufficias. Itaq; opto, ut cūm coniuge Anna, cognata nostra, bene ualeas. Scriptumq; hoc ad te nostrum, de rebus quidem, uti uides, protritis, nimiumq; leuibus, nō patiaris uel hoc nomine tibi esse ingratum, quia à me id tibi mittitur, non uerectūdē minus quamlibenter. Sicuti enim tua me multum deterret eruditio, ita multum rursus me inuitat nostra inter nos cūmpluribus iam annis contracta amicitia, quam ut literarū uicissitudine & officijs aliamus, dare pro hoc tempore ad te hac potius quam nihil, uolui. Iterū uale. Edelbergæ, ipso die quo canicula ex Solis emerſa rādijs, conspici mane iterum cœpit. Anno 1557.

MAGNA RERVM

EXPERIENTIA, VARIA' QVE DOCTRINA VI-
ro, D.Caspari Dyrobaccho, Vurtzbergensi medico,
suo tanquam fratri, Iacobus Curio S. D.



Abet Dyrobacche, hoc ætas nostra singulare, & à superioribus multis diuersum, ut ad fontes reuocare omnia studeat. Quod quum in Literarum disciplinis, atq; in Religionis præcipue cultibus hodie probetur, improbari non debet, si idem ipsum in patriæ nostræ nominis, & hodierni regni, quærenda quoq; origine tentemus. Vides autem negotij huius h̄ic in epistola ad Vastum, quandam à nobis factam esse inchoationem. Optarim quendam ex gente isthic nostra prodire, qui quod ex eo consequens initio est, uerè & copiosè conscriberet, reiç; induceret oratione claritatem. Nec is sanè leuiter de patria, quæ nobilium uirorū appellata semper parens & altrix est, mereretur. Ipse uiam modò adeudæ huius tractationis subindico, nec sum p̄li aliquid præterea mihi, quod necesse est illā sumere sibi, qui in rem altè & ex proposito ingreditur. Ergo huc, posteaquam ex aliarum quarundam rerum memoria delapsus sum. Et Genibaldi primi Francorum ad Mænum & Salam ducis, aliqua à nobis facta mentio est, recitare pergam: non, quod postulat ordo, Principum omnium, qui ex ipso descenderunt catalogum, sed ex longa serie illos tantum, qui religionem nostram coluerunt. Amplexi autem Germanofranci Christianam doctrinam ducentis penè annis tardius sunt, quam Gallofranci. Gotbertus fertur inter nostrates omnium fuisse primus, qui beato Chiliano docenti aurem præbuit: primus, qui Dei lucem discussis diaboli tenebris uidit, & amarē cœpit. Scribitur is autem sacris Christi initiatus esse per baptismum, anno salutis sexcentesimo & octuagesimo octauo. Quod ita illius cognatos & nonnullos fortasse proceres, malè habuit, ut constituerint sicarios, qui, absente Gotberto, Chilianum, Ditomannum, & Colomannum, preces quum p̄ij sacerdotes funderent, latenter & ex dispository transfoderint. Persuasi, tranquilla fore publicè & priuatim in Mæni & Salæ regionibus omnia, si nouæ religionis autores

P

a. Scythæ, li-
tera mutata u-
na, Scoti cœpe
runt dici.
b. Veterum
francie ducū
familiādiuisam
fuisse oportet,
quando Fastra
da, tertia Caro
li magni uxor,
Rāthulfi Fran-
cie ducis filia
fuit. Sunt qui
Rāthulsum, seu
Rudolfū, hunc
fudem habuisse
suam Vorma-
cie putant. Fa-
strada ipsa, cer-
tè nupta Caro-
lo est Vorma-
tie: sepulta tā-
dē Moguntie,
in monte Al-
bani.
c. Germano-
francie ducū
imperio sub-
iectas fuisse
Rhenanas cui
tates: clypearū
signa, que ad-
huc ferunt, nō
obscure indi-
cant. Agrippi-
nates, in mili-
taribus signis
suis acies trian-
gulares parū à
Vurtzbergen-
fibus aciebus
discrepantes,
initio habue-
rūt. Cæterum
ubi Magorum
corpora acce-
pissent, Acies
mutata eis fūt
in coronas, fer-
uato Francorū
colore albo &

Scoti ^a perderentur. Sed astuta consilia non successerunt, quoni-
am contra Dominum erant. Perpetrata illa in Scottos uiolentia-
& cedes, adeò nostros homines non deterruit, ut magis adhuc
eos ad Christianam sectandam integritatem accenderit. Et erat
iam etiam tempus, ut natio nostra se cæteris ^b Francorū nationi-
bus in religionis dogmatis conformaret. Quæ satis diu pijs Gal-
lofranciæ regum & amicorum hortatibus repugnauerat. Got-
berti progenitores, ut cognatione foederibus, militiæ signis, &
legibus & fortuna coniuncti Gallofrancis fuerant, ita religione
ab ijs se tamē dissociarant. Cumq; non possent à principatibus,
quos ad Rhenū & in Belgico cum Gallofranciæ regibus com-
munes habebant, arcere Scythicos dogmatistas, monachos in-
telligo Scoticos: nullum illis locum concesserunt tamen apud
suos in Germaniæ meditullio, Salingos & Mæningos; deorum
sibi aras euerti non patiebantur, non statuas comburi, & uetus
sta Francorum sacra labefactari: quod tentarant Scotti, qui certe
uidentur egregiè illis temporib. fidei nostræ sustinuisse doctri-
nam: & pericula laboresq; infracta animi constantia pertulisse:
commenta, si sua alicubi etiam ingesserint, armorum id terrori-
bus & cladibus, à quibus Europa uix dum respirabat, imputan-
dum erit. Mors Chiliani & aliorum perrupit, operataq; ingen-
tem mutationem est in omnib. Mænum, Salam, Ronum & Tu-
beram accolentibus Francis. Gotbertus nanq; eorum quæ ex
Chiliani, beati nominis, ore hausit, memor: curauit, ut populi,
qui iam eminus tanquam sub nube lucem prospiciebât, cogniti-
one uolūtatis dei informarentur. Autorq; ita optimus princeps
fuit, ut ecclesiæ paulatim ad Mænum, inq; adeò ipso Germaniæ
corde instituerentur. ^c Quales uniuersa Francia ad Rhenū & in
Belgico institutas habebat: quas filij postea Gotbertus secun-
dus, & Cunibertus, accersitis insignibus & religiosis sacerdoti-
bus, ad ecclesiarum eius temporis ideam stabiluerunt. Cuniber-
tus natu iunior Gotberto primas tenet; in paterno regno cedēs
dynastiæ, ad Tuberam deputatur: reguli inde orti sunt Roten-
burgenses, ex quibus electi puto ordine septem sunt, qui in uici-
na ad Mænum metropoli episcoporum munus gesserunt. Fue-
runt autem omnes hi dignitatis militaris uiri, ex antiqua ducum
Franciæ prognati stirpe, instituti ad religionem: ut ea specie, ge-
nerositas ipsorum, qui ex regibus in regulos descenderant, per
Franciam rursus emineret. Meingutus, qui in magni Caroli tem-
pora

pora incidit, primus ex his ad Vurtzbergensis episcopi dignitatem prouehitur. Cuniberti fuit filius, & vir diues opū: quas omnes, ut posteri ex ipso potentiae aliquid acciperent principium, cathedralē cui praeerat dīcauit, & reliquit. Splendidum enim & plausibile tum existimabatur, si quis pontificales sedes, & religiosorum hominum locupletaret contubernia. Post Meingutum pergunt & cæteri ex Rotenburgensi dynastia & prosapia, super Vurtzbergensis ecclesiæ rebus ēwio kōwēy, anno uidelicet à nata in orbem salute supra octingentesimum nonagesimo septimo, Rathulfus: mox Hugo, Hugonem Bernardus sequutus is est, qui legationis sanctus munere in Græcia memoratur, mortuus esse anno ante millesimū quinto. Bernhardū sequitur Heinricus, & anno supra millesimū & tricesimū secundū Menardus: & ad postremum, sub Heinrico quarto Augusto, ^a Einardus. Sub nobilib. his & egregiè politicis autoritateq; præstantib. uiris cōstitutū & erectū puto esse præsens hoc sacerdotū in Francia nostra regnū, quod ipsorū successores longa postea regnandi conuentudine & uetusitate tanquā obdurati, acerrime propugnant. Exigui initio episcoporū fuerunt census: eos auxit ^b Meingutus, & qui Meingutum sequuti sunt, pontificatum facto principio, ita sublimarunt, ut paucis annis episcopi, gentis potiti sint imperio. Nec refert gentē interim dum episcopi creuerūt, in Fraciæ regum & ducum fide fuisse. Gotherti secūdi filio Hettano, nihil ad gubernandam tuendamq; patriam defuit, magnus & potens fuit princeps, qui quū careret liberis, amplissimū Franciæ nostræ principatū, antequām uita decepsit. Pipini posteris tradidit: quod iure opinor debuit, ut quæ Merouæi tenuerunt, ad Carolinos omnia tandem deriuarentur. Nec uero ea dominij commutatio parum prodeesse episcopis potuit. Nam ut Carolini in illa sua potentiae magnitudine, erga religionem & episcoporum statum, liberalitatis laudem ferrent, contenti in Francia nostra titulo ferē tantū & patriæ armis, iureq; præsidiorum ad militiam & episcoporum obedientia fuerunt. Quippe non aliò Franci magis spectarunt, quam ut gubernatione sua Galliæ Germaniæ copularent. Et fuit id quidem Francorum æuo illo, consilium ad uniuersæ Europæ tranquillitatem maximē salutare. Optandum esset, ut in præsentibus mundi motibus par se of ferret coniungendarum nationum harum occasio: quod non persequar nunc tamen longius, qui aliquid solūm attingere hinc leuiter institui, de auspicijs & incrementis regni huius, quod in

rubro. sic scilicet signis Francos aliquando, se, Moguntini Vormacienses, Spirenses, Argentoratenses & multi alij testantur. Moguntia rotas duas albas in rubro ostentat. Vormacia, clauent albam in rubro solio: Spira, Cunradina, quod est Francicam ecclesiæ structuram.

Rubram in solio albo Argentoratū, rubram stratam in albo, &c.

d. Apparet, hunc Einardū primum inter episcopos fuisse, in quo gemini uultus, Martis scilicet & Apollinis, militaris ducis & episcopi, reluxerunt.

b. Meingutus id est bene optatus.

a. Frācorum imperio, Caro li magni prae*c*i pūē temporib. comprehensa fuit Gallia Bel gica, Celta*c* et Lugdunensis. Germania itē à Rheno ad Illy riā usq;. Ad iecit his insu per Carolus Hispanias, A quitaniam, Vas cones, Brito nes, & in Ita lia Longobardos. Cumq; in tantam cresce ret amplitudi nē Francia, di uisa fuit in ori entalem & oc cidentalem: ad orientalē per tinebant Fran cie nostræ po puli Turingi, Saxonē, Frisi*j*, Baioarij, Suevi Lotaringi, & ali*j*. reges uero ip*s* Frācorum non Romano rum dicti sunt antequām Ro manus illos pō tifex coeparat coronare. Au tor, pontifex fuit, ut nomen mutaretur: in ceteris, Fran cie rex parū à Romano dis crebat.

Francia^a nostra annos iam amplius quadringentos, aut fortasse non multò infra quingentos durauit. Nō desunt, qui ab Hettano in hæc usq; tēpora durasse illud putat: quod apertissimè ua nū est, fasces siquidē peruererunt ad Pipini familiæ principes: quanquā fieri potest, ut sub his episcopi, plus reuerentiæ & au toritatis & censuū cōsequuti sint, quām si Hettanus principatū eis tradidisset. Ludouicus Caroli magni ex Ludouico filio ne pos, primus, post Hettanū, salutatus Germanofranciæ nostræ dux est, penes quē regia etiā in Gallicana Francia sceptra erant. Ludouicū hūc sequutus statim in Franciæ nostræ ducatu est ille clarī nominis Hatto, quē cōsētaneū est uel Pipini familiā aliquo amicitiæ gradu attigisse, uel ducis Frācici gelississe ex potestate ti tulū, tantisper dū adoleuisset Carolomānus, memorati Ludo uici filius, qui in nouo hoc Franciæ ducū ordine tertius est. Hatto secundum tenet locum, quem magnum fuisse uirum oportet, quod religionis & ciuilis disciplinæ, & bellorum curam simul suscepit: nā fuit & Moguntinus archiepiscopus, sed portēto se tandem corrosus & deuoratus à muribus, in cuius portenti memoriā uisitatur quædam adhuc in Rheni flumine turris, suam retinens à muribus etiamnum hodie appellationem. Quartū in Franciæ ducum serie, inuenio Cunradum, quem alij attigisse cognatione putant Carolinos, alij^b Hassum dicunt: alij filium eum, etiam dicere audent fuisse Arnulphi Augusti: quum de Lu dōuico filio, & eo quidem paucorum annorum imperatore tantum constet. Hassi nomine alibi etiam eum appellatum comp̄perio: à quo, si Hasfurdiæ, alijsq; locis inhaessisse nomen quis diceret, non in magnam fortasse impingeret ille absurditatem. Singularis uirtutis gloria præstantem fuisse principem hunc operat, &^c Arnulpho ac Ludouico egregiè charum, quod quo tempore Gallofranciæ reges à patriæ nostræ possessione & iure ca debant, in ducem ipse à nostris sit expeditus, & imperatorum approbatus sententia. Duos reliquit filios, Cunradum sui nomi nis, & Eberhardum.^d Cunradus, patri successit in ducatu: sed postea quum ad gerendum imperium uocaretur, & delatam ille

crepabat. Facta porro Franciæ inter Caroli magni nepotes diuisione, Orientalia regna cesserant Ludouico, Lotario autem fratri occidentalia.

b Apparet Hassum hunc duxisse genus a Cattis, qui cum Hermunduris & Cheruscis, propter fatis fontes aliquando confixerunt & occubuerunt. Beatus Rhenanus nescio quo argumento Cattos confundit cum Francis.

c Arnulphus Augustus, utriusq; Franciæ orientalis & occidentalis imperator, occidentalē gubernauit per Ottonem Saxonici.

d Cunradus Augustus hic, Fulle sepultus est: post quem fata viam ostendunt Saxonibus perueniendi ad uniuersum Carolinorum imperium. Henricus primus ille non delectatus modò aviū, sed et laudis & magnarum rerum auctiō, titulum adsequitur Franciæ orientalis, cui adiecit Belgicam Franciam & Austrasiam, inuito Carolo, qui regnauit in occidente.

sibi accepisset coronā, Eberhardo fratri ducatum tradidit. Estq; Eberhardus h̄ic in Franciæ ducum catalogo sextus. Post quem peruenit ex successione Francicus ducatus ad Cunradum tertium, memorati modò imperatoris Augusti filium: & ex illo deinde ad Cunradum quartum, Eberhardi filium. Estq; Cunradus quartus h̄ic in Franciæ ducū numero octauus, princeps qui fuit imperio potens, tres regias habens sedes, unam Rotenburgi, alteram Vormaciæ, tertiam Limpurgi. Vormaciensis dynastia, & Lotari ngiæ principatus, accesserunt ei ex coniuge filia Ottonis primi Lutgarda. Iam uero si hinc progredimur, uide mus Cunradinos, qui diuitem hunc sequuti sunt, paucarum fuisse uitium: nec causas attinet nunc exponere. Sacerdotū surgebat gloria: & qui religionis arcem tenebant, temporum freti subsidio, Ottonū præcipue, etiam & Heinrici secundi fauore, ditio nem ita suam extendebant, ita pollebant, & opibus & armis & legibus, ut ex Cunradinis Otto, Cuno & Hermannus coacti sint infra ducalis dignitatis gradum, in comitum ordinem se collocare: quando hoc unum scilicet uitibus omnibus agebāt, qui in publica commoda uigilabant episcopi, ut ducalis tituli honorem pontificatui suo coniungerent. Et pulchre, puto, successisset, quod præsides religionis h̄ic moliebantur: nisi nouus Herman no Franciæ nostræ iam tum cum comiti, natus fuisset Cunradus, qui animi sui generositate, tantam sibi procerum imperij & populo rum conciliauit gratiā, ut Heinrico secundo mortuo, unus omnium maximè uitus idoneus sit, cui imperialis deferreretur corona. Estq; h̄ic Cunradus nominis huius, in Augustorum numero secundus, qui se Franciæ ducem rursus appellauit: in irrisione puto affectatorum ducalis in Franciæ tituli. Ab hoc Cunrado aiunt, Spiris erectam è fundamentis esse basilicam, & imperatorum conditoris ibidem constituta. Fertur idem etiā Lutholdo principia uitum suum in Franciæ ducatu ius tradidisse: & à Lutholdo accipimus ducalem titulum peruenisse ad Sueifurdæ principē Ottonem, qui ab Heinrico tertio augusto memoratur in Franciæ ducatum esse confirmatus. Post Ottonem hunc inse ritur, patriæ nostræ ducatui Fridericus, militaris dignitatis comes, ex illustri natus familia Sueuorum, qui ab altis uestigij se cognominarunt: priores duo, Lutholdus, & Otto dux Sueifurdensis, Franci fuerunt, ex cognatione Cunradi secundi, imperatoris, quorum progenitores nō perinde censuum prouen-

Hohen Stoffa.

tu, ut prolium numero abundantes, ducum Franciæ statum tueri non poterant: quanquam Otto tamen ducis saltem Sueifurdiæ titulum non deposuit. Porro Fridericus, quem iam Ottoni in Franciæ ducatu successisse diximus, ut quidem multis Germaniæ principib. opulentia & uiribus præstabat: ipsi tamen Franciæ restituendo ducatu nō magnopere profuit. Possessionum omniū, quas Rotenburgenſes Comites reliquerunt, hæres fuit: quo puto etiam iure, Franciæ ducis titulum accepit. Quiq[ue]tiam paulo post, quod pecunia & copijs opulenter instructus esset,

Cunradus tertius, augustus, Suevus: duo primi Franci fuerunt.

Heinrici quarti augusti instigatione, dux Sueviæ aduersus Bertholdum Zaringensem principem insignitur. Quoniam uero

Sueviæ ducatus fuit temporibus illis, satis adhuc dominationis

& armorum potens, maluit potitus rerum Fridericus animum

colendæ Sueviæ adjicere, & dare nouæ in ea Suevicoru[m] ducum

familiae initia (unde ⁴Barbarossa, & alij postea descenderunt) quā

Francicum ducatum, qui in episcopi potestate supra dimidium

fortasse tum erat, in libertatem vindicare. Prætulit utilem titulu[m]

honorario. Nam huc Franciæ ducatus reciderat, ut qui in eo su-

pererant prouentus, magnis animis uix responderint ad usum,

multo minus ad splendorem & munificentiam. Superioru[m]

temporum duces, ualidissimos poterant instruere & alere exercitus

ad bella: sed Suevus uidens fortunæ in Francia inclinationem, &

parum inde commodoru[m] ad se redire, curare negligentius rem-

publicam ibidem coepit: imitatus colonos, qui nullum in sterili

solo labore libenter suscipiunt. Talis ergo quum esset Fran-

cij rerum status, quum & uia ita se, ad sapere antehac frustra ten-

tatam Francici ducatus inunctionem aperiret, non cessandum

sibi esse ducebat episcopus, donec merum consequeretur impe-

riuum: donec, dico, pontificatum suum potestate gladij & ducali

bis alijs ornamentis muniret. Puto autem aditum hunc primu[m]

factum episcopo esse ad ducatum, sub novo hoc Sueviæ duce: si

ue pecunia ab eo tandem fasces episcopus ducales redemerit,

si uer religionis & Franciæ ordinationum & legum commenda-

tione adductus Suevus, ius episcopo suum, ad imperatoris com-

probationem ultrò tradiderit: quod scire possunt, qui, quæ de

his initijis in Vurtzbergensis archiuis extant, legerunt. De

nullo alio Francorum duce memini, post hunc Suevum, me au-

disse: tametsi ducalis titulus à uicinis principibus persæpe sit in-

terea expetitus: sed quem consequi hactenus nullus tamen po-

tuit:

*a. Barbarossa
intuens in Ca-
roli Magni la-
bores, quos
quia iudicauit
esse sanctissi-
mos, autor fu-
it, ut Pontifici
sententia, Ca-
rolus, diuorum
numero adscri-
beretur.*

tuit, puto quia episcopus adeptus eum est temporibus, quibus maxima rerum Germaniae fuit conuersio: quibus & fata regnum ipsi decreuerunt. Fuit sub Henrico quarto heroë fortissimo, im manis statuum imperij dilaniatio. Nec uero dubum est, principes quū tot in acerrimis conflictib. tum ceciderint, primores nostræ gentis plurimum de patriæ propugnatore fuisse sollicitos. Dixi de Friderico Franciæ duce, quē imperator in Sueiæ principis Rudolphi pridem in prælio imperfecti, locum subrogauit: qui si rerum Franciæ sustinere molem, decusq; & nomen Franciciducis conseruare uoluisset, non de alio, quod equidem opinor, defensore & patriæ patre, nostri homines cogitassent. Nūc uero dimicationum & terrorum quum plena essent omnia, inexacta ratio Francis fuit, qua ueterem suam retinere potuerint libertatem, cui in tantis perturbationibus metuebant. Externus ergo quum ibi non uideretur esse accersendus princeps, episcopum ipsi suum exaltarūt in ducē, cuius auspicijs, consilijs & duetu, patria nostra quingentis iam annis, suam in Germanico imperio dignitatem est tutata. Quod scribere Dyrobacche, ad te nunc uolui, ut hinc occasionem laboremq; tu tibi sumas uenandi extorquendiq; in publicum illos isthic, ut audio, latitantes de Francicis rebus à Laurentio Friso conscriptos cōmehtarios, quem nosti uirum in eam uenisse apud nostros homines famam, ut credatur scripsisse non nisi quæ sunt exacta & rara: mihi in prouinciam hanc incumbere, destinato studio non licuit. Et tractasse aliud ad te nunc argumentum, nisi narrationum superiorū libri, qui iam diu mea exēpti potestate fuerunt, opus habuissent appendice, in qua referrē nonnulla de Francis, si non emendatius, saltem inoffensus. Vbi si uidebor quædam quoq; adhuc dixisse audacius tibi, quām uerius, age, incubantē isthic è cauea leonem nobis tu euoca: uel, si uidetur, ex literaria uestra sodalitate excitato aliū, qui excussis Vurtzbergensisibus bibliothecis de uetusta patriæ Príncipum autoritate, deq; hominum nostrorum primis, ut ita dicam, crepundijs & militari fortitudine, scribere possit felicius & uerius. Nostra hæc situti sunt, facile esse patiar. Sed uerborum sit ad te Dyrobacche satis. Da operam ut prosperè ualeas, nostri in bono memor. In concertatione illa de ætate Rasis, qui medicos libros suos Almansori maximo Sarracenorum regi dedicauit, assentior nūc tandem tibi, doq; etiam palmam. Auicennam & Auerrhoen Rases ante-

cessit, sesquicentum amplius annis: si quidem comperio Alman
sorem circiter annum Hegiræ quadringentesimum & nonum
sua Legionensibus & Gallicæ regibus eripuisse & uastasse re-
gna, concessisseq; eundē ipsum in fata, antequam Alfonsum no-
minis huius quintus Legionensi rex, cum Mauris confederata-
tus est: id uero accidisse tradunt, anno à nato seruatore mundi
ultra millesimum sexto: quod antequam clauderem epistolam,
ut commemorarem h̄c, in mentem quoquè mihi forte incidit.
Iterum uale, & Antoninum Meningiū, summo apud uos inge-
nio mathematicum, meis uerbis saluere iube. Edelbergæ, duo-
decimo calendas Augusti, anno à uirginis partu 1557.

LECTORI IOANNES MERCVRIVS.

VT sine fine suas certa ratione tuentur
Conseruantq; ratas sidera cuncta uices.
Et nihil à solito deflectit tramite summus,
Dum super obliquo uoluit axe polus,
Sic nihil est contra durabile, quicquid in orbe
Inferior mundi machina tota capít,
Sed ruit in præceps, nihil estq; fugacius illis,
Quæ uidet Astrifero solis ab axe iubar.
Hoc tantum superest, quod habent tamen omnia metas,
Vident atq; cadant tempore quæq; suo.
Non alias doctis uoluit Deus artibus esse
Ingenijsq; bonis tempus in omne uices.
Cœlestisq; licet sint talia dona parentis,
Circiter uix ulli, uel celebrata satis,
Hospitium Musis aliquod, studijsq; quod esse
Vult, semperq; graues excitat arte uiros:
Non tamen aut hominum certorum, aut ista locorum
Munera cernuntur fixa manere Dei.
Nam neq; posteritas respondet ubiq; parenti,
Nec loca perpetuò, quæ ualueré, uigent:
Sed ueluti uicibus, nunc huc, nunc ambulat isthuc,
Qui uigor ingenij extitit antè bonis.
Quin etiam uariat pro tempore, nec manet idem,
Sed magis aut floret, uel solet esse minor.
Hinc sua temporibus uarijs monumenta supersunt,
Et doctos numerant tempora quæq; suis.
Hanc rerum seriem, uariat quam temporis ætas
En liber iste tibi, Lector amice, dabit.
Ergo age, per curras ex ordine pectore grato,
Quod tibi proponi iusserat autor opus.
Vtq; tuo bene sit Curioni tempore quo uis.
Nestoreosq; optes, uiuat ut ille dies. Vale.

I N D E X.

	rus.	
A	Bbas quid pag. 109	Alexādri Macedonis suc-
	Abenreiffo, idest A	cessus & finis. 34
	uerhoi & similibus quid	Alexandri liberalitas in
	contigerit. 143	Aristotelem. 144
	Abrahāmi tempūs. 10	Alfonſi tabulæ. 144
	Abrahāmi doctrīna. 11	liberalitas. 144
	Adamus cū Heua ubi se-	Alfonſi Regis Neapolis
	pultus. 7	in quem finem. 27
	Adelgerus Gothorū rex	encomiūm. 145
	pag. 87	Annī Græcorum meta. 3
	Adiaphoristarū error. 114	Annus uertēs, qualis iux-
	Ægyptiorū philosophia	ta Copernicum. 4
	quæ quondam fuerit. 99	Annī ante natū Christum
	Ægyptij tyrāni edictū. 13	pag. 9
	Æneæ Syluij de Francis	Amandus sanctus. 102
	opinio. 158	Ambroſius orator missus
	Æſculapius obnubilatus.	ad Maximinum. 77
	pag. 30	Ambroſius sanctus. 69
	Ætati cognitio unde pe-	Ambroſius ad Frīdgil-
	tenda, & quid suuet. 89	dam. 75
	Ætatis nostræ historici.	Anatolij episcopi ambi-
	pag. 150	tio. 89
	Ætas aurea quando. 15	Annorū à mundi origine
	Afri & Lybici Musas quā	deducēda supputatio. 8
	do hospitio receperint,	Annī à soluta captiuitate
	& cur. 139	ad constructionē noui
	Africanæ scholæ. 145	templi. 24
	Aphri quādo minus ma-	Annus fœderis Dei cum
	li. 146	Habraamo. 10
	Aphrorū studia, artes. 146	Annus quid. 2
	Albertus magnus, mona-	Annī à mundi exordio ad
	chus. 135	templū Solomonis. 19
	Albanus diuus. 73	Annos mundi supputan-
	uita & mors. 73	di formula. 10
	Alemanni, qui.	Annus Lunaris. 3
	& qui non. 84	Annī Lunaris integritas
	Alemānorū loquacitas.	pag. 3
	pag. 143	Annī & mundi inītium
	Alemannus Hercules. 17	unde. 6
	Alpetragius Astronomus	Annorum mundi ex Hie
	pag. 143	ronymo & Beda compu-
	Albategnij nomen. 142	tatio. 9
	aetas, doctrīna. 142	Annus ut à Cesare consti-
	Alfragani Astronomi æ-	tutus. 31
	cas & doctrīna. 144	Annī inītū quomō Edel-
	Almaeō Astronomus. 143	bergæ indicatur. 5
	Alcoranus quādo interitu	Annorum à mundi exor-
		dio summa. 39
		Annorū mūdi uaria nota
		Aquilonarum gentium
		tio: calculus usitator. 9
		dij. 18

Q

Arabibus scriptorib. quid	tinē docuerit.	100	quando scripsit.	141
gratiā detrahāt	140	Arcturi Britānici Regis	Auaritia dementati.	75
Arabibus scriptoribus suā	mēsa quib. patuerit	117	Auenzoari medici laus.	
seruari existimationem.		Aristoteles omnium op-	pag.	141
pag.	140	timus docendi magister	Aurachī fons.	164
Arabicam in līnguam esse		pag.	Autor quæ prætereat.	34
libros uertendos.	149	eius fastus ubi elīminan-	&	150
Arabū ingenia, laus	143	dus, eius errores.	Autoris uotum.	130
Arabū lingua, qualis.	142	Aristoteles cur scholis il-	Autoris pātria, ubi.	164
Arabes leues.	95	latus.	B Abylonem quid uo-	
Arabes medici defēsi.	141	Aristotelis de Homero sē	cet Petrus.	49
Argutiarum magistrī in		tentia.	Babylonis translatio.	22
ecclesia	64	Arzaēl Maurus astrono-	Babylonica turris quādo	
Armis nō proficitur.	41	mus.	facta, in quē finem.	16
Arithmetices & geome-		Asianorum quondam ec-	Babylonica captiuitas.	21
tricē præsidia, quāta.	34	clesia, cur defecerint	&	22
Arrij tenebræ quantæ, &		Asia quādo ad doctrinas	Baiacetus Turca.	150
eius hæresis sparsio.	67	ducta.	Baioaricæ becæ.	162
Arrianus sycophanta.	70	Asia studiū antiquū.	Baioaricæ regnum.	162
Arrianorū persecutio.	73	Affyriorum quot millia	Barbarorū buccinatores	
Arnulphus sanctus.	102	excisa.	nulli.	162
Arminius Cheruscorum		Affyriorum līnguæ anti-	Barbaricæ gentes.	76
dux, gesta.	162	quitas.	Barbarossa, dux Sueviæ.	
Armorica nunc Brītānia.		Affyriorum imperij initia-	pag.	174
pag.	77	um.	Basilius, & eius socij.	71
Artes ingenuæ, quanti fa-		Astronomorum anni ini-	Basilicæ magnificæ qui-	
ciendæ.	121	tiūm.	bus debeatūr.	130
Artifici plus sāpe inessæ		Astronomia regibus gra-	Bataui qui & ubi.	165
quām arti.	146	tæ.	Bello quid queratur.	60
Artes ueteratoriae quādo		Athei sunt mundum sine	Bellum sophisticum.	136
locum habeant, uel inci-		initio & fine dicētes.	Bellum cū Heinrico impe-	
piant.	145	Athanasij ardor.	ratore, quarto.	130
Artium optimarum custo		rēdūtus in patriam.	Beca vox.	157
dia ad quos spectet.	144	Attila cur se flagellū dī-	Bedæ doctrina, uita.	107
Artes sycophanticæ.	56	xit, eius mors.	& mors.	107
Artes qui prīmī repere-		Attila à Francis repressus	Bedæ coētanei.	107
rint, ubi propagatæ.	33	ubi & quando.	Benedictinæ familiæ cur-	
Asca, Germaniæ parens.		Augustini contra Pelagi-	tot papæ & cardinales,	
pag.	155	um disputationes.	pag.	112
Asciburgum.	85.156	Augustini labores.	Bernardus diuus.	113
Aristocratia Germanica.		mors.	eius querela de ecclesia.	
pag.	124	Augustus parieti cur ca-	Bernardini Frāciscani en-	
Aristobulus sanguinarius		put illiserit.	comium.	135
pag.	27	Auerrhoës disputator.	Bertoldus Niger, inuētor	
Argētoratēsis basilica quā		pag.	machinæ bellicæ.	148
do & à quo condita.	100	Auerrhoicorū contra a-	Berosi historici solertia.	
Argentoratensis ecclesiæ		stronomiā ignorantia.	pag.	16.17
ueræ opes antiquæ.	100	pag.	Beroli Chaldæi de anno	
Arbogastus quādo Argē		Auicenna Hispalensis	sententia	4
Beth-		141		

Betharenſis Iudeorum e- uresio.	aulam ſuā attraxit. 121	te forma pefſima. 92
42 Bonifacius uel Benfridus pag. 108	Caroli magni in ecclesiā fauor, unde. 115	Christianæ doctrinæ odia ut reſtinguenda. 63
Bonifacij gesta & mors, eius ſocij & ſociæ. 109	eius gesta. 116	Christianam religionem peſſum ire, & cur. 64
Boatus in templis. 123	Carolus Francorū rerum imperij titulo gloriatus. pag. 87	Christianorum doctrina. pag. 54
Boēthius Seuerinus. 80	Carolus Martellus. 108	Christianū nomen quan- do mundo innotuit. 48
Bombardæ. 147. 148	Carolini príncipes. 171	Christi tempus. 40
Boiorum clypei. 162	Carolinæ ſtirpis finis. 125	Christiani quales tempo- re Gothorum. 80
Bononiæ acadæmia. 118	Carl, id est uir fortis. 121	Christiana professio, qua- lie. 52
Britannici ſcriptores. 107	Cathedræ ad docendum à quibus ereſiæ. 100	Christianorum patria, ec- clēſia. 62
Britanni quādo Christia- ni. 77	Catti qui fuerint. 172	Chemia Arabum. 140
Britannorum religio ue- tus. 79	Cauere à ſatana quiſ que at. 56	Christianorum clandesti- ni conuentus quādo. 49
Britannici ſacerdotis puel- la. 125	Chilianus Scotus. 104	Childericus rex relegatus ad monachos. 108
Britannicus monachif- mus quando minus ma- ius. 107	Chaldæi quādo à Cyro de- leti. 32	Childericus rex. 86
Britanni laudem consecu- ti. 125	Chilianus beatus, & eius mors. 169	Choræ filius Thebites,a- ſtronomus. 144
C æſar unde ſolares meſnes conſtitue- rit. 2	Christi ad nos exemplum & uoluntas. 43	Chronologorum libri de- ſiderati. 162
Cœtus qui Deo placeant pag. 97	Christus quando carnem induīt. 9	Chronologiae confuſio, ubi. 21
Cadmus quando Græcos literas docuit. 29	Christus quomodo apud Hieremiam appelletur. pag. 37	Chronographi ubi fluctu- ent opinionibus. 32
Cadmi tempora. 29	Christi in carnem aduen- tus. 42. cur ita uenerit. 43	Circulus anni qualis. 4
Camber. 157	Christi uigor cur nunc in ecclēſiſ ſanguescat. 58	Claudia Rufina docta. 78
Cameracum. 156	Christi in paſſione mira- cula. 38	Claudianus de Phrygib. pag. 157
Candacis reginæ ſucceſ- ſor. 15	Christus, iuſtitia noſtra. pag. 37	Climacterici anni. 153
Canonistæ nude orti. 134	Christi ſub uexillo quiſ militare poſſit. 89	Clodius Francus rex. 166
Caroli Bouilli epistolæ. pag. 153	Christi miles, qui fortis. pag. 107	Clodomarus rex Frā. 163
Caroli posthumus. 126	Christi ſub uexillo quiſ militare poſſit. 89	Clodouæus Francus. 88
eius carcer. 127	Christianorum conſtan- tia. 54	Clodouēi ad Christū uox baptismis. 88
Caroli magni uita, ſapien- tia. 120	Christi miles, qui fortis. pag. 107	Clodouēus rex. 167
Caroli magni filiæ caſus amatorius. 122	Christianorum conſtan- tia. 54	Cœnobia ad exemplum Benedicti. 104
Caroli magni cū Cæſare conuenientia fati. 115	Christianismo non reſpo- dere arma. 88	Cœnobitarū officiū. 135
Caroli magni literatura. pag. 122	Christianismus, quando peſſum ierit. 81	Cœnobitarum ſcopus quondam. 99
Carolus magnus quoſ in Christianismi in occiden-	Christianismi in occiden-	Cœlum promiſſum qui habeant. 103
		Cœli ſtatus qui pollenti- or. 7

Collegia iuxta Rhenū &	Cunibertus dynasta	170	dus	64
Mosam.	Cymbrorum nomen un-	99	Deiuoluntas, quæ.	65.97
cur instituta.	de	156	75. ubi se aperiāt.	138.
Collegiorum ecclesiasti-	Cyrus Medorū rex, eius		circa tempora	8
corum ambitiones.	pietas, mors	23	Dei in populo qui sīnt	97
Collegia uetera	Cyri regis fortuna, eius		Deo pro ecclesia quid sem	
Coloniæ & Moguntiæ	posteriorum humiliatio.		per placuerit	98
principatus episcopalis,	pag.	34	Deo qui non sīnt chario-	
unde	Dagoberti Merouæi		res 97 qui sīnt accepti.	70
Coloniensium signa mili-	Reges	167	Dei regnum quis conse-	
taria	Dagobertus rex	100	quatur 56. & cōseruetur	
Constantia urbs à quo cō-	Danielis hebdomadæ.	42	pag.	101
dita	Danubij hospitia antiqua		Deus quomodo alienē-	
Constantinus imperator,	pag.	104	tur	64
eius acta & mors	Darij Medi obitus unde		Deum quis amate non	
Constātius imperator	pag.	23	possit	62
Colubrinæ machinæ.	Decretum humanæ uitæ		Deus iniusti bellī ultor	82
Colubani sancti dictū, ge-	nachorum, quales	134	Deus quando grauius	
sta, socij	mutationis	153	offendatur	93
Conciones theatricæ.	Declamationes sacræ mo-		Deo irato caducis niti re-	
Conradus Hassus.	nachorum, quales	134	büs quid, exemplo ludæ	
Conradus Augustus.	Degen quid	147	orum	43
&	Deuterosis noua	27	Deus quando de peccatis	
Comunib. sentētijs quan-	Dæmonum & mundi cō-		pœnam & quomodo su-	
do acquiescendum.	spiratio	61	māt	82
Corsilia quæ malum exi-	Dæmones quos decipiāt	58	Deus cur pios castigat	
tum habeant	pag.		pag.	103
Consuetudo longa quid	Dæmonum antiquitus la-		Deus uitā breuē dat	153
possit	tebræ	19	Dei gloria omnibus quæ	
Corpora nostra quādo &	Dæmones Apollinei	29	renda	117
cur debiliora facta.	Deus quomodo omnia		Divina ultio cur dilata Iu-	
Corruptionis necessitas	disposuerit iuxta Solo-		deis	40
omnibus cognata	monem	30	Dij quisint crediti à Ger-	
Corruptelas in artibus	Deus quomodo appre-		manis	17
esse amputandas.	hendatur	50	Dij poëtici quales	18
Crimen atrocissimum,	Deus cur se nobis per fili-		Diaboli regnum quibus	
quod	um suum aperuit.	50	amplificetur	43
Criticorum medicorū per	Dei filius, quid	65	Diaboli satellites, lictores	
uersitas	Deimos in donis transfe-		pag	58.59
Crothildis mulier	rendis	139	Diaboli in Christianos	
Cultus Dei falsus quām	Deus cur transferat impe-		mendacia	55
rioceat	ria	75	Diaboli uersutia erga mī-	
Cultus qui Deo placeant	Deus ut ludat cum regi-		dum	58
pag.	bus	34	Diaboli malitia	57
Cunradus secundus impe-	Deo summam rerum de-		Diabolus cur tentet	15
rator	ferendam	63	Dies iudicij	48
Cunradus quartus Fran-	Deo non obmurmuran-		Diei distinctio	1
corum dux	dum	77	Dianæ Ephesorum tem-	
Cunradinorum casus.	Deus ut inuocandus	63	plum	13
	Deus quid hodie oran-			

Dietricus Veronensis rex	pag.	167	Episcoporum Germaniae
pag.	87	Ecclesiā non crescere ue-	gubernatio 171, 128
Dilunij examinatio.	46	rè	Episcopi imperio obliga-
Diogenis dolium.	154	Ecclesiæ catholicæ spiri-	ti 128
Dion Prusensis historicus	tus quis, & cur imperti-	Epicurismus Christiano-	
pag.	29	tus	rum 62
Diotima fatidica mulier	Ecclesiæ incolumentas in	Epicurici derisores. 151	
Socrati	151	quo sita	Epistola ad Rom, quan-
Diocletiani tyrannis in	Ecclesiæ ministerio qui fo-	do scripta 48	
Christianos & Maximi-	retaptus	Epitomes annorum mun-	
niani	59	di autor 10	
Disputent cum ferro qui	Ecclesiasticæ monarchiæ	Equites tabulari, qui 116	
pag.	59	discordia unde orta. 89	
Docere alios, facilius quā	Ecclesia latina quando sit	Equites Franci cur à Caro-	
factis id præstare	dominium adepta 90	lo magno instituti 117	
Doctrinæ quomodo cre-	Ecclesia pompatica post	Errorum spiritus 69	
uerint.	dium Gregorium 97	Esdræ libri septuaginta,	
33	Ecclesiæ falsum oratione	qui 27	
Doctum hominem quid	mentum 131	Esdræ opus ubi sit, utilitas	
deceat in iudicando 143	Ecclesiæ fuci, pontificij.	eius 33	
Doctrina Christiana anti-	pag. 123	Esdræ Cabala 33	
quissima	Ecclesiæ politicæ theatru	Estra, idest auxilium 25	
Doctrina, pseudochristia-	pag. 134	Ethnica theogonia 15	
na	Ecclesiæ quæ onerent.	Evangeliū ueritas quomo-	
Doctores antiquitus ad	pag. 133	do apud Mahumetanos	
Anglos missi, qui 102	Ecclesiæ primitiua perse-	& alios accendenda 149	
Dominicus Calagurita;	cutio unde fuerit. 55	Euphratus Arrianus 78	
pag. 134	Ecclesiæ satan semper	Europa quando in literis	
Dominiorum in periodis	insectatur 79	expergefacta 140	
quid respiciendum 75	Ecclesia cui comparetur à	Europæ dubijs motus 168	
Dormitare non eū qui l-	Solomone 101	Europæ collegia uetera,	
raëlem custodit. 125	Ecclesiastæ huius tempore-	pag. 145	
Dormientium septem, hi-	ris 98	Excetra infernalis 56	
storæ usus	Edelberga 105	Excitatio ad uitatem ex	
Druidæ à quo acciti. 166	Eginardus epistolarum a-	nominibus proprijs 147	
Dyrobacchus doctus.	ipud Caroli magni ma-	Exodi locus expensus 14	
pag. 150	gister 122	Ezechiam cur Deus eue-	
E Ber Nohæ filius. 111	Eleazar Hebreus 99	xxit 20	
Éberhardus dux.	Eltæ doctrina de annis	F Abri filius, Christus	
pag. 173	mundi 1112	pag. 69	
Ecclesia ubi sit	Enos tertius patriarcha.	Fastrada Caroli magni ux-	
Ecclesiæ ubi non consi-	pag. 11	or 170	
stant	Epactorum ortus unde 3	Fatorum donum 148	
Ecclesiæ hostes	Episcopus Francorum in	Fatorum seueritas 41	
Ecclesia Christiana unde	ducem exaltatus 175	Felix qui sit 43	
annum incipiat, & cur 5	Episcoporum culpa. 137	Felicitatis summa, ubi 50	
Ecclesia Christiana quan-	Episcoporum multorum	Ferrum qui gestent in pe-	
do diues appellanda. 133	ambitio 68	ctore 65	
Ecclesiæ diuitiae in	Episcopi tempore Arrij	Fressana academia & eius	
quos usus date à regibus	pag. 67	eruditio 145	

Festinandum lente	25	pag.	172	do cōperit esse cultissi-
Fidentes uerbo Dei, qua-		Franciæ ducatus quò reci-		ma
les	62	derit	174	84
Florentius diuus	100	Franciscus Aſſiſſus mona-		Germanica pronunciatio
Fortes uiri, quales	81	chus	134, 135	quibus communis
Fortitudo Christiana quæ		Franciscani titulotenus.		146
pag.	107	pag.	148	Germanica lingua quo
Frācicum nomen, quale		Franciscana monasteria		tempore scribi cōperit.
pag.	86, 162	quot, ex Sabellico	157	pag.
Franci qui fuerint	84	Franciscorum in orbe		146
Franci qui ſint	157, 158	nouo nidificatiō	137	Germanica lingua & uita
Francorum genera	162	Fridericus secundus	141	quibus communis
Francorum origo, ſedes &		Friderius Virtungus	160	Germanicorum imperato-
gēſta	85	Fridolinus diuus	98	rum erga eccleſiam reue-
Francorum fastigium	87	G Allus diuus	98	rentia
Francorum laudes	164	Gallia quando in		130
Francocum primus rex.		Francorum iugum uene-		Germanici imperatores.
pag.	84	rit	85	pag.
Francorum regia in duo		Gallia & Germania co-		Germaniae regina pia
diuifa	166	pula quam utilis	171, 128	72
Francorū 12. reges eodē		Gallicanæ prouinciae in		Germaniq̄ libertas quan-
die facti, & cur	85	Francas mutatae	167	do parta
Franciorum regum aedi-		Gallofrancia coniuncta		124
ficia	99	(non diu) Germania. 124		Germanorum ampliatio
Francorum ueterum re-		Gallofranci quando Chri-		quando, & audacia
gnum	157	ſtiani esse cōperint	169	Germanici populi anti-
Francici regni ſuccessus.		Genebaldus dux	163	qui bella, mores, nomi-
pag.	166	Gentium in Christianos		na
Francorum reges iam an-		edicta	54	74
nis 500, unde orti.	127	Gentium ſuperſtitio in		Germaniq̄ nationi quid
Francici ducatus partitio.		numinum cultu	18	in genere attribuendum
pag.	128	Gentium diuersarum con-		pag.
Franci Sicambrī	162	corporationes unde	159	147
Franci	171, 172	Geomatites	146	Germanorum antiquorū
Francorum cum Aleman-		Germanus annorū quin-		mos
nis pugna, quando	83	gentorum arte protra-		17
Francorum in Romanos		ctæ uitæ	152	Germaniq̄ ueteris natura
bellum	86	Germanorum pater qui		pag.
Francorum germanorum		putetur	16	Germani ceteris contu-
pugna cum Romanis.		Germania armis quam ſi-		maciores
pag.	85	teris inſtructior	106	Germani quondam bellia-
Franci apud Moguntiacū		Germaniq̄ parēs, quis	155	cosa pectora
interempti	158	Germanorum cōdītores.		70
Frācia regio ad Mœnū	85	pag.	156	Germaniq̄ ciuile bellum.
Francia quando in oriен-		Germaniq̄ quando cōpīt		pag.
talem & occidentalem		nomen	17	126
diuifa	172	Germanorum nomencla-		Germania armis quam ſi-
Franciæ Germanicæ re-		turae delectus.	147	teris inſtructior
gnum quamdiuſteterit.		Germanitas quid sit	84	Germaniq̄ nobilitatis
		Germanicæ à Latina lin-		mosuetus
		guā diuersitas	146, quan-	Germaniq̄ nobilitasolim
				ratio
				70
				Germaniq̄ sacerdotes du-
				antiqi
				Germaniq̄ religionis uete-
				res doctores
				123
				Germaniq̄ primi concio-
				natores
				73
				Germani-

Germani-

Germanos quomodo for-	quibus adūbrabantur 30	Hassus Franciae dux 171
tasse pōtificij imperij nō	Græcilibri Arabibus cur	Hassí qui 164, 165
pōniteret. 114	meliores 140	Hebrō urbs, ubi et qualis 7
Germaniæ primi scripto-	Græci quando scholas	Hebræorum annus 3
res, qui & quales 111	suas clauerint 145	Hecatōbe iustitiariorū 43
Germaniæ quinam pietä-	Græci dormitantes 70	Hebdomadarum Danie-
tis & literarum initia de-	Græcia Latio leges dedit	lis ratio 43
derint 106	pag. 31	Henricus auceps 172
Germanorum studium,	Græci exiles in Italia quid	Henricus, quid 126
sydera fauentia 147	iuerint 140	Henricus Saxon imp. 126
Germanorum paræneti-	Græcæ nationis pericula	Henrici secundi augusti
cæ cantiones 156	nos christianos mone-	in sacerdotes prodigali-
Germani quid Arabibus	ant 63	tas & eius uita 129
medicis debeat 141	Græcæ artes in anglia 107	Hegire principium, quid
Getarum lingua quæ 70	Græcas bibliothecas, &	pag. 141
Gibhuldus Alemannorū	Musas, qui deleuerint.	Hegire anni 139
rex 89	pag. 106	Helena Flavia Augusta
Gilberta Angla in papā	Gregorius diuus contra	Constantini mater 78
à cardinalibus electa 125	papam, eius modestia,	Heraclius Augustus 95
Girba pagus Bedæ 107	uis 91	Hermannisala 105
Gñomo quid 7	Gregorij labor 106	Hermannus Contractus
Gothorum multitudo 72	Gregorij errata 92	pag. 111, 112
Gothorum et similiūm se-	Gregoriani musici 122	Herodes Antipatri 36
des 83	Gregorij artas 97	Hermes de Saxonie 124
Gotbertus princeps pri-	Gregorij tertius papa 109	Herodis gesta breuiter 27
mus Christianus in Ger-	Gregorius sept. pont. le-	Herodi in regno acquirē
mania 169	gem de cœlibatu dedit,	do quid profuerit 36
quando & quomodo.	cocubinam cœcessit 131	Hessorum nomen 65
pag. 170	Gregorij Syrus papa 108	Hettanus princeps 171
Gothicæ scholæ 120	Gregorius Nazianzenus,	Hierosolymæ moenia quā
Gratiani fuga & mors 76	eius diuinatio. 69	do munita 34
Græcorum contumaciæ	Gubernantium centauri-	Hieremij predicio 22
erga papam Rom. causa-	ca stupiditas. 120	Hieronymi sancti initia,
pag. 90	Guilelmus Rascalonus 154	socij 70
Græci usurpatores. 33	H Adriani Augusti in	Hieronymi uita et mors 71
Græcorum loquax sa-	Judæos bellum 42	Hilarius sanctus ad episco-
pientia, scribentium tur-	Hebræos non concedere	pum Vormaciensem 70
ba. 30	Græcis 33	Hippocrates Cœus quan-
Græcorum iactantia 30	Hebræorum autoritas,	do floruerit 33
Græcorum de annis mun-	ubi 46	Hispanorum coloniae in
di error. 8	Hereses in oriente puni-	nouis insulis 158
Græcorum historiæ, qua-	te 93	Historici adulatores 156
les 29	Haimeranij schola 104	Hofemium oppidū 165
Græcorum consuetudo	Haimeranus diuus, Bon-	Homerus quando natus,
in annorum serie dedu-	næ episcopus 103	eius poëma 29
cenda 28	Haimo 112	Homerus græcorum anti-
Græci unde tot libros scri-	Hamaxobij populi 17	quior 30
pserint. 33	Hanochi monumenta	Homerus cœcus, eius laus
Græcorum philosophi 56	extare 15	pag. 29
Græcorum sacra antiqua	Harmonia genera 123	Homeri carmina num à

Musis dictata,	29	Iapeti dominium	16	Ioannes septimus, papa,
Hominē quid deceat	151	Iara uox quid	3	uelocitatis
Hominū conditio, mo-		Ideæ rerum omniū quo-		Ioannes Sinapius
tiua	159	modo in deo fuerint sem		Io. Virtungus
Homines ante diluvium		per	9	Ioachimi regis impietas.
pag.	47	Idolomanion nerui quo-		pag.
Hominū multitudo à No-		modo à Satana & papis		Iosiae historia
hetico diluvio ex tam		defensi	93	Iosephi encomion
paucis	47	Idolum Alemanni quan-		Iræ de signa grauiss.
Hominem primæ innocē		do sublatum	18	Irenæus quando scripsit
tiæ quis restituat	43	Idolorum disparitio quarti		pag.
Homínū in animis diui-		do facta	15	Irmenkirch, ubi
nus uigor	54	Iehoschua	13	Isaci morti deputati exem-
Homo quid possit irato		Ignoratio maior est co-		plum
Deo	28	gnitione	143	Isacus medicus
Homínū mentibus quo		Imagines pars religionis		Ismaëlis sophi historia.
modo satan illudat	52	papæ	108	pag.
Homicidiorum autor sa-		Imperium orientis	148	Israëlitarum ex Ægypto
tæn	55	Imperiorum et nationum		eductio quam mirabilis.
Homines primos fuisse		statum quid maximè et		pag.
longeuos	152	ualidè uertat	149	Israëlis regnum excisum
Hominem annos 12. fine		Imperatores contra Chri-		cur
cibo & potu uixisse	153	stianos	58.59	Italia civilitatis & literarū
Hominem medicamenti		Imperatorum in Christia		parens, quando horrida
ope 1025 annos uixisse		nos sequissimi furores	56	facta sit
pag.	152	Imperiorū ruinæ, unde		108
Horæ æquidiales	1	Imperiorum fortuna	127	Italium à Gothis descen-
Horoscopon unde pe-		Impiorū maxima pars	97	derint, uel Germanis
tant Astronomi	7	Impij ubi felices sæpe	58	Italia hominibus quando
Hortus deliciarum qui		Indorum magi quales	32	ferè vacuata
fuerit	7	Ingenijs non derogandū		92
Hoseas ultimus Regum		pag.	143	Iter ad antipodes
Israëlis	19	Inscitia tyrannica, unde		Iudæa quando dicitur
Hospitia quibus procuret		in orbem inuecta	120	& promissionis terra
Deus	139	Institutio ex uerbo Dei		4
Hugo rex Galliæ	127	quam necessaria	57	Iudæorum antesignani,
Hugo quid significet	127	Intercalationum diuersi-		Iudæorum montes aurei,
Huldrichus Merouæus.		tas	2	inanis
pag.	166	Io. Scotus, eius libri	136	Iudæorum regum infelici-
Humanæ rationis meta	8	Io. Scoti ingenium, mors		tas, unde
Humanæ uitæ periodum		pag.	137	36
ope medica proredī	152	Ioannes Picus doctiss.	33	Iudæorum fatale exitium
Hunni pater et tēpus	17	Io. Chrysostomus, eius fu-		pag.
TAcobi nomen commu-		ga, & mors	73	41
ne, usus, mors	12	Ioannes Mylæus Astro-		Iudæorum sceptrum abolitum
Iacobi tecta quæ	11	nomus	165	46
Iacobus Māstor Afrorum		Io. Buridanus	136	Iudæorum millia quot eç-
princeps	139	Ioan. Belul Nubianorum		sa in Titi bello
Ianus uel Ioannes à tēpo-		rex	15	42
ribus	153	Ioannes Balbus	165	Iudæorum maxima cala-
				mitas
				22
				Iudæorum ultima ruina
				36
				Iudæorum gens quid am-
				serit.

serit	28	Letii avius Amramis	13	Lumen uitale quibus citio	
Iudæorum cæcitas, unde, & quæ	28	Libanius Sophista	69	extinguitur 153	
Iudæorum uasta uolumi- na	28	Libri sapientiae autor	30	Lutetiae qui in precio do- ctores fuerint. 120	
Iudæorum scriptorum ad græcos collatio iuxta tē- pus	28	Libros omnes quid supe- ret	11	Lutetiae scholæ institutio pag. 118	
Iudaicæ posteritatis error pag.	5	Librorum Germanicorū uarietas, copia	147	Lutetie nata sophistice 120	
Iudæorum inter se uarie- tas in annorum historiā.	39	Libros bonos hoc seculo	147	Luthold⁹ Fracīc⁹ dux 173	
Iudæi sine astronomia	2	nausea haberet	154	Mahometus Lunaticus, eius uita, & gesta 94	
Iudaica fex, malitia, & eius ignorantia	6	Libris malis mundus one- ratus	30	Mahometū diuinasse. 94	
Iudæorum in suis libris ui- rulentia contra uerū	28	Librorum pessimorum multitudo	139	Mahometi dogmata qua- lia sint 94	
Iudæis non auscultādū	39	Libri malī, possessio ma- la	139	Mahometi miracula 94	
Iudæorum uæfania	12	Librariorum officinæ, ut regendæ	148	Mahometū qui primi pro- phetā & Dei nuncium dixerint 96	
Iudæorum in exilio con- solatio, constantia	24	Linguæ Germanicæ orna- menta	147	Mahometi religio mun- do grata 141	
Iudæorum somniū de feli- citate	39	Literarum inuentio, & uariatio	29	Mahometicæ illusiones cur à subditis retinean- tut 149	
Iudæorū neomeniæ quan- do	2	Literarum usus ante dilu- tuum	15	Mahometū & papæ dam- nationem eodem tem- pore coepisse 97	
Iudæi Toletani	39	Literarum quæ non appellan- de	138	Mahometi Ottomannici uictoria de Persis 149	
Iupiter primus	18	Literarum precium quan- do æstimatum	119	Mahometanorum erudi- tiorum sententia 93	
Julius Didius	105	Literarum lumēnū accē- sum à Deo & cur	139	Mahometanorum stu- dia Christianis utilia 140	
Iulianus imperator	68	Literarū et religionis par- incessus, puritas earum quando	107	Mahometi Mansoris Re- gis filij exitus 145	
mores eius, mors	69	Longæuitatum exempla prodigiosa	152	Magistrorū nostrorum ignorantia & fex 140	
Iustitiā humanā sordere	63	Lōgobardorū coloniæ	91	Mala sæua, quæ	64
Iustitiae in Christo plen- tudo	42	Lucianici moderni	151	Malam gratiam quibus debeamus 28	
L Acūtæ errorū et igno- ranziæ monachi	137	Lucius cyrenensis epis.	70	Mannus Tuisconis filius pag. 16	
Lantbertus princeps, im- pius, homicida	103	Lucrī cupiditas aucta	47	Manassis exēplū quale 20	
Latīna lingua quando in Italia peregrina	140	Ludouicenus Franciæ dux	primus	Marianus Scotus 111	
Laurentij Frisei commen- tarius de Fracīc⁹ rebus	175	primus	172. 173	Marcomirū Francorum rex 162	
Leges 12 tabularū quan- do à Romanis petitæ	31	Ludomarus, quid	163	Marianus diuus 104	
Leo episcopus Romæ pri- mus contra papatum	90	Luna cur condita	1	Marsus 156	
Leo imperator cōtra ido- la	108	Lunæ motus synodicus	2	Marocum mutatum 145	
		Lunæ motus menstruus,		Marocena urbs & acadē- mia 139	
		uel periodicus.	1	Marsilius Batauus 136	
		Lunanoua quomodo He- braicæ indicaretur.	2		

Maximi interitus	77	Moguntini pro coniugio	Moses filius Amrami	13
Medicina Syrorū & Mau-		contra papam	Moses Theodidactus	151
rorum qualis.	140	Moguntini sacerdotes ue-	Mosis sapientia qui mira-	
Meingutus episcopus.		teres & noui	tisint	152
pag.	171	Monarcharum incerta hi-	Moses de origine mundi	8
Melchisedecus quis fuerit		storia	25	Moses quomodo annos
pag.	12	Monachismus unde na-	numeret	4
Mēsium circuitus unde	2	tus	Moses ludibrio à quib.ho	
Mensium numeratio un-		Monachorum species pri-	die & cur habitus	151
de	2	ma	Mons regius	165
Mēsium anni descriptio à		Monachorū ueterum col-	Mortalium lances in equa-	
deo	4	legia, nouorum	les	62
Mensis tertia species	2	Monachorum primorum	Motuum tabulas non re-	
Mensis paschalis	6	studia	spondere obseruatione	
Mendicabula, quæ	137	Monastici tituli antiquati	evidentie	144
tumor, cornua eq̄rum.		à quibus renouati	Munus præclarum quod	
pag.	138	Monachorum iudicium	pag.	118
Mendicabulorum quadri-		de statu ecclesiæ	Mundi initium à Mose	
ga	134	Monachorum quorundā	traditum qui irrideant	9
Mercurij idolum in Saxo-		paucorum laus.	Mundi gratis incertitudo	8
nia	104	Monastice sodalitates,	Mundi radix ubi figatur	7
Mercurium colebat Ger-		quando ecclesiæ semina-	Mundanæ durationis ex	
mani	105	ria	Elia partitio	11
Meroueus rex	166	Monachi inuexerunt te-	Mundi geniture themata	7
Merouæus quis & quid.		nebras suas	Mundi duratio hucusq.	9
pag.	84	Monachorum theologia	Mundi senecta	74
Merouæorum laus	167	pag.	Mundi dies nouissimi, no-	
Merodachus Babylonio-		Monachorum sectæ & lo-	stri sunt	139
rum rex	20	gomachiae	Mundi degeneratio	150
Metuendum hodie Eccle-		Monachi Pelagiani	Mundi mutata facies	139
sīs	65	Monachi quid admirati-	Mundi status qualis ante	
Migrationes uariae à No-		pag.	mille annos	89
hetica inundatione	158	Monachorū iactitia	Mundi fieri deteriorē	65
Militia, ministerium Dei		Monastice uitæ existima-	Mundi opum studiū quid	
pag.	60	tio	pepererit	134
Militia Christiana, quæ	2	Monachorum fabulosæ	Mundus amat tenebras	66
Militum mundi & Chri-		narrationes de origine	Mundana imperia qui-	
sti collatio	61	Francorum	bis agitentur	54
Militum Christianorum		Monachorum Tomistarū	Mundi antesignani dece-	
bellum	61	& Scotistarū studia	pti à satana	57
Ministrorum Christi mer-		Monachi Scotici	Mundi summus honor.	
ces apud mundum	103	Monachorum phalanges	pag.	125
Ministerium conuersum		pag.	Musæ quid, earum utili-	
in dominatum	74	Monachorū agmina	tas, fuga	139
Miracula magica	55.94	Monachorum aures ubi-	Musæ ubi non cultæ an-	
Mischne quid	27	que	te fuerint.	142
Moeni flumen	164	Monachorum crudelitas,	Musarum militia deo gra-	
Moguntinis quando an-		faces	ta	120
nunciatum est Euange-		Monachus Vulcanus	Musici modi cur in eccl-	
lium	73	148	siam introduci	123
		Moschiā quid	Musica	

Musia in templis an con-	quot	16	P Alestina que ante Ca-
ducatur	123	Nohas cur pater deorum	nana
Mutari sedes & nomina	dicitur	15	Papa quid significet
terum	83	Nomades populi	109
N Abopolassar Aegy- ptis, quis	30	Nomina fera non esse lati-	Papæ autoritas quanti o-
Naturæ potentia	153	nè reddenda	lim apud Germanos
Naturæ lux sola quid pos-	56	Nominum communium	124
fit	Notitia salutis de cœlo	Papæ & cardinalium cu-	
Naturæ arcana actio	153	patefacta	ræ pro ecclesia
Naturalis cæcitas	62	Nox quid	133
Naturæ arcani numeri	75	Nouenarius numerus.	Paparum desidia in pro-
Naturæ in regnis lex per-	pag.	153	moueda religione
petua, quæ	161	Numerorum ad res col-	Papistarum cultus in di-
Natura quando libenter		latio	uos
uitæ cursum sistat	153	Numq. anni principiū	74
Nazianzenus	71	Nuncios quos & cur mise	Paradisus primorum pa-
Nebucadnezar	30.32	rit deus in mundum	rentum
Nebucadnezar quid ege		Nutricios qui inueniant.	Paradisi uestigia ubi nūc
rit contra Hierosolymā	pag.	pag.	pag.
Nehemias, idest consola-	20	Ocamī doctrina, exi	Parentes primi ubi positū
tio dei	25	lūm	prius
Nemrodi uenatoris facta	16	Occamī discipuli	6
Neronis persecutio	55	Ochosia finis stirpis Solo	Partus mulieris absq; pa-
Nicostrata uaticinatrix.	29	moniæ	tre mortali
pag.	Oculi animorum quibus	136	40
Nicolaus diuus	72	cæcati	Paschatis prima institu-
Nobilitate dignior uirtus	pag.	Ogygis quis	tio
Nobilitati ecclesiasticarū	60	Olympicum certamē, un	Patrum primi seculi an-
terū onus incubere	117	de	nus
Nobilitatis pars magna	pag.	Olympiadum anni initiu	4
quæ sit	21	Olympias prima quando	Patrum primitorum longa
Nobilitas quod respicere	61	Omnia ad unitatē citō re	uita
debeat	33	ducenda fore	150
Nohas ubi primo uersa-	33	Opes, spinæ sunt	Patrum æuum uitax
tus	Nohas quando natus &	72	153
Nohas quando intrauerit	10	Opportuna, à quibus in	Patritius monachus infa-
arcam, quādo exiuerit	4	publicum mittenda	tuatus eius specus
Noheticus cataclismus.	pag.	Orpheus fabulistæctus	78
Nohæ progenies innume-	15	Orphæi philosophia	Patritius alter magonicus
ra	tus	Orbis ætate nostra aper-	alter Helias
Nohæ nepotes	155	46	78.79
Noha quando intrauerit		Orientis ecclesiæ quomo-	Pauli & Ioannes aposto-
arcam, quādo exiuerit	4	do à satana turbatæ	lorum discipuli
Noheticus cataclismus.	pag.	63	Paulus apostolus quādo
Nohæ scholæ, ubi, &	153	Origenis sententia de se-	capite sit truncatus
Otto, quid	pag.	ptuaginta interpretibus	49
		30	Pelagi papæ audacia
		tinentes	91
		Pelagi hæresis tempus	Pelagium qui resipiat
		79.79	79
		pag.	Penit filij qui
		135	Peresch, idest glossa
		46	Perse ac Græci quando
		Orbiæ	& cur floruerint
		100	100
		Persarum ardor erga ue-	Persarum uis in bello
		ram religionem	149
		50	Perserum summam ob-
		Perserum	tinentes
		32	32
		Perturbationes nostroru	temporum, unde
		134	

Pesach nostrum quale, iu-	Pontificum collegia	138	Rabini ueteratores	45
dæorum quale	quid debeant	139	Radix obſeffos à dæmo-	
Pestes titulo honesto oc-	Pontificum ignauia	139	nibus liberans	99
cultatæ	Pontificum Roma, arro-		Rafes ſcriptor	140
Petrum Apostolum non	gantia	91	quando uixerit	175
fuisse Romæ	Pontificorum intentum,		Rationis noſtræ lumen	
Petrus apostolus ubi fue-	pag.	113	quando fulgorē amittat,	
rit cruci affixus	Populi qui Romanorum		pag.	2
Petri patrimonium	vires fregerunt	80	Ratione quæ non ſint à	
Petrus Abelardus	Preces non eſſe inanæ, &		Christiano ſectanda	152
Phocas imperator	quando	88	Reginoburgum	104
Philadelphi uolumina	Principes quales ſint mul-		Regnum domus sancti	
Philastrius hæreticoruſ cē	tum reſerre	68	Israelis	36
for	Principum ſtudia aulicos		Regnum Satanæ maxi-	
Phlegon historicus	ut plurimum ſectari	121	mum	56
Philopæmen quid	Prifca ætas non fucata.		Regna quæ diu non flo-	
Pharisaorum mos	pag.	156	ruerint.	159
Phœnices peritiflmi nau-	Prophetas tot cur Deus		Reges antitheï.	36
tæ	Israëli dederit	21	Regum antiquissimorum	
Philosophicæ disciplinæ	Prouinciarum præſides.		philosophia	144
ünde.	pag.	75	Reges coetibus religiosis	
Philosophicæ Christianæ	Prouidentiæ diuinæ ra-		mixti	102
uſus.	tiones nobis incognitæ.		Regnum Christianorum	
Philosophorum ethnico-	pag.	152	munus & opera uera-	
rum sapientia, pfeudo-	Ptolemæi de regib⁹, ob-		pag.	102
christiani philosophi	ſeruationes	31	Regum erga Sanctos op̄i-	
Philosophari quis poſſit.	Ptolemaeus quibus annis		nio	103
pag.	ſit uſus	31	Religio, quid	102
Phryges in germania	Purgatoriū animarum	78	in quibus ſita rebus	102
Pietatis uerior ratio	Puritate ab apostolica cur		Religio uana, quæ	102
Pietatis lumen quomodo	multi boni recesserint.		Religio quæ mala	50
satan extinguat.	pag.	97	Religionis discordia, una	
Pij quomodo ſint Deo cu-	Pugna ad Rhenum	68	de	52
ræ	Vaternitatis myſte-		Religionum diſſimilitu-	
Piorum hominum exigu-	ria	33	do quid pepererit	5
os coetus ſemper fuſſe.	Quætitio de hominum nu-		Religiosorum in commu-	
pag.	mero arithmeticæ	47	nionem qui recipereſt	
Piorum errores qui con-	Quintilius Varus	162	antiquitus	107
donabiles	Rabanus, Rubertus		Res nobis incognitæ quæ	
Pipinus quando rex Frā-	Tuſeo	112	non negandæ	150
corum declaratus.	Rabinorum uarietas in		Rheni ripa	128
Platonis & Arist. tempus,	ætate mundi inuenien-		Rheni oſtia qui anteā te-	
pag.	da	9	nuerint	157
Plini Secundi de bellis	Rabini ſolidi ubi muſſi-		Rhenogygæ, qui	155
Germanicis libri	tent	42	Rhenanis in prouincijs	
Poëtas primū ſcripſiſſe	Rabinorum uiuentiū cæ-		quando Christiana reli-	
& quomodo	citas, malitia	40	gio cooperit	111
Polychronij quando fue-	Rabinorum impostaſræ.		Rhetos quis Christum	
rint	pag.	26.27	docuerit	70.98.160
			Romam	

Romani qui primi illustra	Rubrechtus Galliae prín-	Satan quomodo falso
rint & quando	31 ceps	cultus tueatur 55
Roma à Gothis subacta	Rubertus sanctus quas ec	Satan ubi mirabilis appa-
quando, & cur	76 clesias docuerit, & è qui-	reat 66
Roma ter excisa	80 bus ortus sit	Satan quid ubiqꝫ spectet,
causæ	81 Ruberti sancti socii per	pag. 57
Romanos quid retineret	Germaniā docentes 103	Satan quando regnet 80
in idolatria	Rugi populi 165	Satan assiduitate cur uincat 79
Romanorum deorum tem-	S Abellicus de Britaniæ	Satanæ furor in ecclesiam
pla	79 uera religione. 79	quando maior fuerit 93
Romaniniouatores	Sacerdotum populus cur	Satan qualem persequatur ecclesiam 58
Romani qui sint	83 literas neglexerit. 133	Satanæ ordo contra eccle-
Romanas literas & orna-	Sacerdotes Christi quales	siam 65
mēta qui deleuerint. 106	pag. 21	Satanæ pugna pro tenebris 51
Romani Astronomiæ ignari	Sacerdotum in Francia	Satan quos timeat, & si
4	unde regnum 171	poteſt, prosequatur 56
Romanarum notularum	Sacerdotum gloria quan-	Satanæ (ut ait Petrus apo-
ufus Germanis quando	do contra duces surrexe-	stolus) circuitus 53
pag. 146	rit 173	Satan in quo totus incum-
Romani antistititis principatus confirmatio.	Sacra oracula preferenda	bat 61
90	esse rationib. probabiliti-	Satanam latere in insidijs
Romanæ potestatis admi-	bis humanis 151	non quiescere 65
ratio quando	Sacrobustanus autor. 144	Satan quando suas artes
Romano pontifici unde	Salicæ leges 166	explicauit 80
uires accesserint	Salmaniaſſar quis. 31	Satan quò neruos inten-
Romani hierophatæ	Salmaniaſſaris factum 21	dat 53
Romanæ tyrrannidis &	Sangalla coenobium 98	Satan Proteus. 56
cætitatis causæ	Sanctorum Dei nomina	Satan quid agat omni se-
Romanæ hierarchiæ cul-	quando primum Ger-	culo 19
tus erga deū, unde	mani suis indiderint 147	Satanæ regnum qui nitatur 56
Romani pōtificis aula in	Sanctorum cura, quæ 50	Satanæ peculium, qui sunt
qua fuerit existimatione	Sanctorum ueterum re-	pag. 56
pag. 113	gula, uita. 71	Satanæ satellites, eoruſ fi-
Romana ecclesia quibus	Sanctorum imitatio. 74	nis 103
floruerit	Sapientiæ studia ubi serua-	Satanæ caput quis calca-
Romanæ ecclesiæ uel cui-	rit Deus 106	rit 54
riæ autoritas	Sapientia fugax, quæ 144	Satanæ & eius membris
Romanæ dominatio	Sapientes iuxta mundum	quid constitutū præmis-
Romanæ dominatio Gal-	pag. 50	pag. 103
lis exosa	Saraceni ubi Romanas	Satanæ spicula qui non
Romani cur & à quibus	literas deleuerint 96	timeat 57
castigati, Deo uolēte.	Saraceni facti Mahumeta	Satanæ consilia non dura-
Romanorum casus, unde	ni, eorum vires, gesta 95	re 54
pag. 75	Satanæ in hominem fu-	Satan quomodo subiga-
Romani imp. duratio	ror 18	tur 43
Romulî nativitas	Satan leuia ingenia pellit.	Saxo-
Rotenburgenses reguli un-	pag. 67	
de orti	Satan Del opera æmula-	
Rubrechtus, quid	170 tur 15	

Saxonū cum Carolo bel-	Seuerinus Apher, quos	Spiritualis renascentia
lum.	124 Christui docuerit.	89 quæ 63
Scholarum fortuna.	145 Sertorius Hamburgensis	Spiris basilicam quis con
Scholæ à Carolo Magno	pag.	105 didit 128
institutæ.	118 Sidonius Apollinaris.	81 Stoicorum sapiëtia, igno
Scoti antiqui doctores,	Scigberti regis gesta.	167 rantia 62
pag.	105 Simonum duorum confu	Sultani mors. 150
Scotorum & Hibernorū	sio.	26 Suevi qui & Alemanni.
ueterum felicitas.	106 Simones iusti duo.	35 pag. 160
Scoti doctores apud Da-	Simul esse quæ nequeant	Suevi peruetusti. 159
nubium.	104 pag.	114 Sueorum origo 161
Scotorum in religione cō	Socratis de dījs ignoran-	Sueorum antiquæ sedes
stantia.	170 tia, de dēmonijs & de a-	160 pag.
Sclauicā līnguam patere	nima.	151 Sueorū inundatio. 163
omnium latissimè.	84 Sol temporum dux.	3 Sueorū nomine qui an-
Scriptorum in genere col	Sol anni mensura.	2 tea appellati. 162
latio iuxta nationes.	Solis phænomenon Eze-	Suevia, quanta 159
Scripturæ animorum ua-	hiæ tempore.	20 Suevi pugnacissimi 160
rię excantu incitationes.	Solomonis scholæ.	99 Suevifuria 164
pag.	123 Solomonis templum quā	Suevus Cambrifilius 162
Scyti dogmatistæ.	170 tum perstiterit.	19 Supersticio, quid 64
Scythicæ gentes quæ &	Solomonis tempora, qua	Supputationis annorum
cur dictæ.	83 lia.	15 Iudæorū anacephalæo-
Scythes occupasse occidē	Solomonis imperiū qua-	sis 44
tis partes.	159 le.	100 Surdi ad Dei admonitio-
Scythæ quām dilatati &	Solomonis uolumen edi-	nes 42
quales.	84 tum physicum.	100 Synagogæ peruersio 26
Scythica Germanorū no	Sophi Persæ progenies,	Sibyllæ uaticinium apud
mīna.	147 regna.	Lactantium 75
Sebastianus sanctus dux.	Sophronij opinio.	Syrarum nomen, regnum
pag.	60 Soligenes mathematicus,	& finis. 35
Seculis in nostris cur tan-	pag.	TAcitus de Germanis
timacrobij non fuerint.	31 Soniuerbis respondentes	1 pag. 156
pag.	152 pag.	Talēta 800 quid sint. 144
Seculi nostri turbæ.	Stilliconis de Ambrosio	Talmudis uaticinia inania
Seder olā liber Iudæorū	dictum.	pag. 46
pag.	44 Stabonis de Francis sen-	Thalmudis primi autor
Sedulij opinio de anni ini-	tentia	pag. 35
tio.	85 Stultæ subtilitates, quæ.	Thalmudicorum librori
Seleuci de regibus dictū	137 pag.	malitia 26
pag.	35 Studiorum liberalium cu	contra Christianos com-
Seminum uis cui simila-	stodes qui	positi 27
ta.	30 Stirñj, qui	Tartaricurad Mahumeti
Semus quādo mortuus	84 Spectacula antiqua cur,	relapsi 94
Sennear regio.	29 pag.	Tenebrarū potestates 53
Septēarius numerus.	153 Sphæræ armillaris usum	Tenebras mentis qui ma-
Septēuiratus imperij.	129 quis & quando primus	lint 57
quādo constitutus.	130 docuerit	Tenebris in densis quomo-
Serpens, id est Satan.	144	do querendū lumē 118
Spiritus sancti munus	50	Tem-

Templum Deo cur extru-	Temporis huūus hominū	Treueris quādo famosa
cum	19 incredulitas.	76 150 Treuirēses Christiani sub
Tēplum quando exædifi=	Temporum primorū in	Diocletiano 60
catum.	34 genia.	Triadis articulus à Maho-
Templi secunda extru-	Temperamentorum di-	meto exterminatus. 95
ctio.	uersitas.	Tribulationum tempore
Templi Hierosolymitanī	Terras hominibus cito re	papæ Gregorij ad no-
sumptus.	14 pletas post diluvium.	stras collatio. 92
Templum Hierosolymis	Terræ filij uendi & sclavi	Trismegistus Theologus.
quādo cœptū & quādo	pag.	pag. 29
completum.	14	Testis certus, euētus. 135 Troiae excidium an sit ue-
Templi secundi duratio	Teutates qui fuerit.	rum. 157
suspecta, ex rabinorum	Teuto uel Mercurius rex	Troiana expeditio, quādo
computo.	26 pag.	& an uera. 29
Templum & Hierosoly=	Teutonum appellatio un	Troianorū per orbē spar
ma quo tempore incēsa,	de.	fio. 157
pag.	17	Teutonum lingua. 158 Tuisco quādo natus pute
Templum Solomonis cur	Teutonum cum Græca	tur 15. à quo, eius facta.
spoliatum.	lingua commerciū.	pag. 16
Templi maiestas quātum	Theomachi disputatores	Tuiscon Nohæ filius. 17
steterit.	moderni.	Tuisconis lingua. 157
Templum eodem dīe bis	Theodosijūrtus. 74.75	Tumultuatō apostolorū
incensum.	42	tempore. 51
Templū sub Vespasiano	Theologia Thomistarum	Turcas cur excitarit Deus
quādo dirutum sit.	pag. 135	pag. 75
Templa instituētes dece	Theologia uera, sepulta,	Turcæ quibus à Persis su
pti.	ut reuocanda.	perentur. 150
Templa quæ Deo non	Theotimus ubi episco-	Turcæ diuinitus immisi
grata.	pus	Germaniæ. 81.82
Templa uiua quomodo	Theodelinda regina. 98	Turcæ quādo ad euange-
erigantur.	Theodidacti, qui.	lium reddituri. 94
Temporum prima origo.	Theodorus Rauennatum	Turba iuratisima Satanæ
pag.	episcopus.	quibus modis facta. 93
Temporū supputatio un-	Thales Milesius astrolo-	Turingi, qui. 84
de petenda.	gus.	Turingi Francos uocant
Temporum supputando	Theras pater Habraami.	in subsidium. 163
rum limites duo.	pag. 156	Thyrintetæ. 109
Temporis partium appel-	Thebaicī milites, Christia	Tyburtina sibylla. 38
lationes præcipuae.	ni.	Typographica præla. 147
Tempora deteriora ingrue-	Thischri mensis dignita-	à quibus inuenta 198
re.	ies.	Typographicæ usus. 148
Tempus nullum fuisse an-	Thomas Aquinas.	V Alentinus diuus. 89
te ædificatum mundū.	135 eius columba.	Valens, Arrianus fa-
Temporum à nato Chri-	Thrasones cathenati. 121	cetus. 70
sto ad ætatem nostrā ra-	Titiad Hierusalem expe-	Valentīs fuga. 72
tio.	ditio.	Valentinianus imperator
Tempus inter foedus cum	40	pag. 69
Habrahamo & exitum	Titus ubi prædicarit.	Vandalus Sprēgerus 168
Ægypti.	70	Vandalī qui fuerint. 84
	Traiani laus, & cœcitas.	Van-
	55	
	Treuirorum urbs quādo	
	condita.	
	16.156	

Vandalī Arriani.	73	Virtutes ueræ, quæ.	55	Vribes uno tempore in or-
Vanitas digna odio.	143	Viris optimis Ecclesiæ		be primariæ.
Varamūdus.	166	quid defuerit aliâs.	101	76 Vrsula Cynosura.
Vectius augur.	75	Vitechundi phanum.	124	77.78 Vrsulæ cum undecim mi-
Vergilius de prophetissæ uersibus à Christo.	38	eius etymon.	124	libus uirginibus iter.
Vergiliani carminis maie stas.	38	Vitechudi Saxonis stirps		77 & strages.
Veritatē profitentiu for- tuna	105	pag.	127	Vulgo iactatum dicitu.
Veritatis professio, pericu Iosa.	71	Virtūgi Alemannicæ gē- tis pars.	161	171 Vurtzbergenses episcopi
Veritas uictrix.	68	Vitæ longæuitas, unde.		pag.
Verbī Dei in luce qui nō ambulent.	43	pag.	150	W, Germanica litera.
Vestphalicū tribunal.	124	Vitæ nobis longissimæ terminus.	153	Z Oharis opus, quod
Veterum mos in colo- nijs deducendis.	77	Vitæ posterorum & no- stræ breuitatis causæ.		35 sit.
Vetustoribus quid debe- amus.	28	Vitæ breuitas diuturnior cū initio mundi necessaria.		Zuphtania oppidum.
Via quam apostolorū suc- cessores ingrediantur.	108	pag.	152	
Victor Maximini filius.	pag.	Vitæ nulla præsidia ex		FINIS.
Vilelmus, quid.	129	scholasticis & sophisti- cis præstigij.	138	E R R A T A .
Vilgisus, quid.	129	Volfgangi nomen.	87	P Agina 2. uersu 38. cultu. 3. 4. quo dam. 4. 27. si. 7. 19. fulgorē. 13. 6 in margine, fratres. 24. 1. filio. 28 de- turb. 38. terrā. 39. 22. cōficeretur.
Vilibrordus monachus.	108	Voluntatis Dei gnomon ubi.	58	47. 12. aucta. 48. 36. annū. 55. 3. præ- dū. 71. 10. est. 12. ac. 33. oppida. 94. 33. distamus. 96. 16. agnitis. 38. A 18 ad. 97. 28. impetu. 98. 9. ille. 104. 36. istos. 117. 37. cōprehēsam. 118. 9 instinctu. 121. 17. impetu. 123. in mar- gine, ionio. 125. 39. prima. 128. 23. ua- ria. 130. in margine, mauis. 132. 8. in re. 15. consensum. 136. 32. iudicium 145. 20. uentur. 146. 1. insculperint 149. 28. quem. 151. in margine, 19 eam, 27 resurrectionem. 34 post. 154. 3. Vasto Ott. 155. 16. multos. 29 memini. 156. 13. & post. 157. in mar- gine, principium. 162. 1. uarijs ear. 169. 18. illum. 176. 26. Credita.
Vires diuinas qui hauri- ant.	65	Voluntatis Dei cognitio ni & fauori retinendis quid opus sit.	61	
Virtutū studia hodie con- cidere.	74	Vmbras omnes in aduētu Christi euauisse.	40	
Virtus fermentata gen- tium.	56			

B A S I L E Æ, A P V D H E N R I C H V M
P E T R I, A N N O M. D. L V I I:
M E N S E A V G V S T O.